


A MAGYAR KIRÁLYI  
V A L L Á S A L A P

JOGI

TERMÉSZETÉNEK MEGVIZSGÁLÁSÁRA

SZOLGÁLÓ

VEZÉROKOMÁNYOK.



A VALLÁS ÉS KÖZOKTATÁSÜGYI M. KIR. MINISTER MEGBIZÁSÁBÓL.

BUDAPESTEN.

NYOMATOTT A MAGYAR KIRÁLYI EGYETEMI KÖNYVNÝOMDÁBAN.

1879.





# A magyar kir. vallásalap jogi természetének megvizsgálására szolgáló vezérokmanyok jegyzéke.

	Lap.		Lap
I. II. Ferdinánd király kiváltságlevele 1625. évi decz. 11-éről a főpapoknak az ingó (nem családi magán) vagyonra vonatkozó végrendelkezési joga iránt . . . . .	1	XI. Mária Terézia királynő leirata a m. kir. udv. kamarához a főpapok által a lelkész pénztár javára és a várerödítési segély fejében fizetendő járulék, a székes-fehérvári custodiatus s pécsváradi apátság jövedelmeinek rendeltetése stb. iránt 1769. september 9-éről . . . . .	18
II. III. Ferdinánd király 1650. évi augusztus 6-án kelt alapítólevelle, melylyel a magyar kamara jövedelméből örökök alapítványként évi 6000 frtot rendel kiadatni a kath. lelkészek felsegélésére . . . . .	2	XII. Mária Terézia királynő leirata a m. kir. helytartótanácschoz 1776. évi január 15-éről a schavniki apátság, sághi prépostság és szegzárdi apátság javainak rendelhetetése, az esztergomi érsek által a tanulmányi alapnak, a lelkész pénztárnak s a nagyszombati convictusnak fizetendő járulékok iránt . . . . .	20
III. I. Lipót király leirata a magyar kamarához 1675. deczember 29-éről a főpapok ingóságai összeirásához rendelendő kiküldöttük s a megüresedett főpapi javadalmak kezelése iránt . . . . .	3	XIII. Mária Terézia királynő leirata a m. kir. helytartótanácschoz 1780. június 2-áról a nagyváradi latin és görög szert. püspökség szabályozása tárgyában . . . . .	21
IV. I. Lipót király leirata a magyar kamarához 1677. július 30-áról, melylyel II. Ferdinádnak a főpapok végrendelkezési joga és III. Ferdinádnak a szegény lelkészek felsegélésére alapított 6000 frtnyi kincstári járulék iránt kiadott diplomáikban foglalt intézkedések foganatosítását elrendeli . . . . .	4	XIV. Mária Terézia királynő leirata a m. kir. kamarához 1780. június 8-áról a nagyváradi két püspökség javadalmazása és szabályozása iránt . . . . .	29
V. A cs. kir. udvari kamarának 1703. augusztus 30-án kelt átirata, melylyel a főpapok végrendelkezési joga iránt legfelsőbb elhatározással megállapított és Kollonich Lipót bibornok primás és esztergomi érsekhez 1703. június 15-én intézett udvari kamara leiratba foglalt szabályzatot, az u. n. Kollonich-féle egyezményt a m. kir. kamarának megküldi . . . . .	6	XV. II. József császár kézirata a m. kir. udv. cancellariaihoz 1781. deczember 6-áról a neveléssel, betegápolással, lelkészkedéssel nem foglalkozó szerzetes rendek eltörlésére vonatkozó szándéka iránt . . . . .	36
VI. III. Károly király által a m. kir. helytartótanács részére 1724. január 20-án kiadott utasítás, mely a kegyes alapítványok kezelése iránt is intézkedik . . . . .	8	XVI. II. József császárnak a m. kir. udv. cancellariai által 1781. deczember 21-én 2999. szám alatt tett e öterjesztésre hozott legfelsőbb elhatározása a megszüntetett szerzetes rendek vagyonának a kamara által, a kincstári pénztártól azonban elkülönözötten kezelése iránt . . . . .	36
VII. A cs. kir. udv. kamarának előterjesztése 1732. február 23-áról III. Károly király legfelsőbb elhatározásával ellátva, mely szerint a lelkész pénztár (cassa parochorum) 6000 frtnyi alapítványi járulékának kifizetése, ezen járulékból hátralékbán maradt összeg után évi 4000 frtnak, végre I. Lipót fogadalmá teljesítéséül még 6000 frtnyi évi járuléknak ugyanazon pénztár javára kiszolgáltatása elrendeltetik . . . . .	9	XVII. II. József császár leirata 1782. január 26-áról 550. szám alatt a m. kir. helytartótanácschoz a camalduliak, karthausiak, remeték férfi-, a carmeliták, clarissák, kapuczinák s franciskánák női szerzetes rendű kolostorainak eltörlése iránt . . . . .	37
VIII. III. Károly király leirata a m. kir. helytartótanácschoz 1733. március 7-ről a lelkész pénztár javadalmazása, kezelésének módja, a nagyváradi püspökség jövedelmének megállapítása, a szombathelyi püspökség felállítása, a lelkészek javadalmának megszabása, a papnöveldék, azok felügyelete s számadásai iránt . . . . .	12	XVIII. II. József császár leirata a m. kir. helytartótanácschoz 1782. september 10-éről 5439/62. szám alatt az eltörlött szerzetes rendeknek a lelkész pénztárhoz csatolt, s a vallás-alap elnevezése alá foglalt tömege s a helytartótanács kebelében egyházi bizottmány szervezése iránt, az egyházi bizottmány ügykörének jegyzékével . . . . .	40
IX. A m. kir. udvari cancellariának legfelsőbb elhatározással ellátott előterjesztése 1769. január 20-áról 64. szám alatt a várerödítési segélynek pápai bullá nélkül is leendő befizetése iránt . . . . .	16	XIX. II. József császár leirata 1782. octóber 7-éről 6793. szám alatt az egyházi javak jövedelmi fölösségeinek a vallás előmozdítására fordítása, a világi és szerzetes papság száma, az egyházi vagyon menynyisége, jövedelmezősége iránt . . . . .	46
X. Mária Terézia királynő leirata a m. kir. udvari kamarához a várerödítési egyházi segélynek beszedése iránt 1769. augusztus 23-áról . . . . .	17	XX. II. József császár leirata a helytartótanácschoz 1783. october 24-éről 11202. szám alatt ezen kormányszék ügyrende, működési köre, személyzete iránt . . . . .	47

Lap.	Lap.		
XXI. II. József császár leirata a helytartótanácschoz 1783. november 18-áról 11497. szám alatt a megürült főpapi javak jövedelmének a vallás-alapba szolgáltatása iránt . . . . .	50	talanoknak a vallásalap gyarapításához járulása iránt . . . . .	74
XXII. II. József császár leirata a helytartótanácschoz 1783. november 25-éről 11874. szám alatt a trinitariusok szerzetének eltörlése és vagyonának a vallás-alapba kebelezése iránt . . . . .	50	XXXVI. Az udv. cancellária előterjesztése 1803. nov. 25-éről 4321. sz. a. a püspöki jövedelmek szabályozására vonatkozó rendelet kihirdetése iránt a helytartótanács részéről tett kérdés tárgyában. Ferencz király elhatározásával ellátva, mely a kihirdetést elrendeli . . . . .	75
XXIII. Az udvari egyházi bizottságának 1784. augusztus 17-én 3567. szám alatt kelt előterjesztése, ellátva II. József császár legfelsőbb elhatározásával, mely a carmeliták budai kolostorát eltöri . . . . .	51	XXXVII. A kir. helytartótanács és kamara vegyes bizottsága által 1804. november 11-én tartott ülés jegyzőkönyve a szabályzott püspökségek által a vallásalapba fölös jövedelmek fejében beszolgáltatandó összegek s az ujonnan építendő templomok s paplakok költségeinek viselése iránt . . . . .	77
XXIV. Az udvari egyházi bizottság előterjesztése 1784. deczember 14-éről 5126. szám alatt a bosnyák pap-növendékek neveltetése iránt, az erre vonatkozó legfelsőbb elhatározással . . . . .	52	XXXVIII. Udvari rendelet 1808. augusztus 5-éről 8148. szám alatt a gör. kath. püspökségek és kanonokságok időközi jövedelmeinek a gör. kath. lelkészek özvegyei és árvái alapjába szolgáltatása iránt . . . . .	80
XXV. II. József császár leirata a helytartótanácschoz 1786. febr. 7-éről 1388. sz. a. a pálosok rendjének eltörlése és vagyonuknak a vallásalapba kebelezése iránt . . . . .	54	XXXIX. A m. kir. helytartótanács felterjesztése 1810. június 10-éről 9059. szám alatt a szabályzott püspökségek fölös jövedelmeiből alakított alapnak a vallásalappal egyesítése iránt, az egyházi bizottságának e tárgyban 1810. évi május 17-én tartott ülésről szóló jegyzőkönyvével . . . . .	81
XXVI. II. József császár leirata a helytartótanácschoz 1786. március 7-éről 2365. szám alatt, melylyel bárki által elvezett egyházi javadalmak időközi jövedelmeit a vallásalapba rendeli szolgáltatni . . . . .	55	XL. Udvari rendelet 1810. jun. 22-éről 6525. sz. a., melylyel a helytartótanács azon javaslata, hogy a szabályzott püspökségek fölös jövedelmeiből alakított alap a vallásalappal egyesítessék. mellőzöttek . . . . .	82
XXVII. Az udvari vallási bizottmánynak előterjesztése 1786. november 23-áról 4892. sz. a. a pannonhalmai főapátság s csornai prépostság eltörlése iránt, az erre vonatkozó legfelsőbb elhatározással . . . . .	55	XLI. Ferencz király leirata a m. kir. kamarához 1813. febr. 18-áról 4317./179. sz. a. az üresedésben levő főpapi javadalmak részéről a lelkészeti pénztárba s a várerödítési segély címén fizetendő járulék iránt . . . . .	83
XXVIII. Udvari rendelet a helytartótanácschoz 1787. deczember 4-éről 15316./1958. szám alatt a commissariaticus alapnak a bosnyák pap-növendékek nevelésére fordítása iránt . . . . .	58	XLII. Ferencz király leirata a m. kir. kamarához 1816. jan. 22-éről 3043./130. sz. a. a káptalanok és szerzetes rendek által fizetendő várerödítési járulék iránt . . . . .	84
XXIX. Udvari rendelet 1788. évi márcz. 11-éről 3068./414. szám alatt a commissariaticus alapnak a vallásalapba kebelezése iránt . . . . .	59	XLIII. Az ország rendeinek felirata Ferencz királyhoz 1826. ápril 17-ről a püspököknek, káptalanoknak s szerzetes rendeknek a várerödítési s vallásalapi járulékkal terheltetése ellen . . . . .	85
XXX. Az udvari kamara előterjesztése 1791. május 21-éről 702. sz. a. a főpapi időközi jövedelmeknek ismét a kincstárba szolgáltatása iránt, Ferencz király legfelsőbb elhatározásával ellátva . . . . .	60	XLIV. A cs. kir. cultusministerium rendelete a szabályzott püspökségek alapjának a vallásalappal egyesítése iránt 1853. február hó 6-áról 661./528. sz. a. .	86
XXXI. Udvari rendelet a helytartótanácschoz 1794. január 30-áról 975. szám alatt a helytartótanács kebelében az egyházi bizottság visszaállítása iránt, a bizottságban tárgyalandó világi alapítványi ügyek jegyzékével . . . . .	61	XLV. Ő cs. és ap. kir. Felségének 1855. március 17-én kelt legfelsőbb kézirata a cs. kir. pénzügyi miniszterhez az egyházi javadalmak időközi jövedelmeinek a vallásalap javára átengedése iránt . . . . .	87
XXXII. Udvari rendelet 1794. január 30-áról 1188. szám a helytartótanács kebelében visszaállított egyházi bizottmány működési köre, ügyrende iránt . . . . .	63	XLVI. A magyarországi cs. kir. főkormányzóság leirata 1858. február 3-áról 502. szám alatt Magyarország primásához s a kalocsai és egri érsekhez a püspökök által felajánlott 3.000.000 frittal létesítendő papnöveldei alap alapításának jóváhagyása, s ezzel kapcsolatban a várerödítési segély címén, továbbá a szabályzott püspökségek alapjába s a vallásalapba fizetendő járulékok megszüntetése iránt . . . . .	88
XXXIII. Ferencz király leirata 1802. március 12-éről 2272. szám alatt a bencézek, premontreiek s cisterciták rendének visszaállítása iránt . . . . .	65	XLVII. A cs. kir. főkormányzóság leirata Magyarország primásához, a kalocsai és egri érsekhez 1859. január 31-éről 430. szám alatt a papnöveldei alap létesítésének pápai breve által jóváhagyása iránt . . . . .	89
XXXIV. Az udv. cancelláriának legfelsőbb elhatározással ellátott előterjesztése a papnöveldéknak és agg papok házainak rendezésére vonatkozó szabályok iránt 1803. ápril 15-éről 1593. szám alatt . . . . .	68		
XXXV. Udvari rendelet 1803. augusztus 19-éről 8073. szám alatt a püspöki jövedelmek megállapítása, azok fölösségeinek a vallásalapba szolgáltatása és a káp-			

## I.

### II. Ferdinánd király kiváltságlevéle 1625. évi deczember 11-éről a főpapoknak az ingó (nem családi magán) vagyonra vonatkozó végrendelkezési joga iránt. \*)

Nos Ferdinandus secundus etc. Ad perpetuam Rei memoriam pro Nobis ac Haeredibus et Successoribus Nostris recognoscimus, et notum facimus tenore praesentium Universis, quod cum Universus Incliti Regni Nostrri Hungariae fidelis Clerus demisse Nobis supplacaverit, ut Praelatis Hungaricis facultatem, ac Potestatem, certa aliqua ratione, de Bonis Ipsorum (quae quidem Patrimonialia non sint) mobilibus disponendi, atque etiam testandi; quae ratio, ac modus in posterum, ut firma Regula, et Norma in notabile Catholicae Religionis emolumenatum, ab omnibus aequo Jure perpetuo observari posset, clementer concedere, nec non super id Regium nostrum Diploma, impertiri benigne dignaramur. Nos pro solita Nostra in Deum Pietate, et continuo rerum omnium, quaecunque in majorem cultus divini propagationem, atque Ecclesiastici status et boni publici conservationem et augmentum cedere possunt, pro viribus promovendarum studio, ac Zelo, uti pro benigno etiam huc in primis Hungarico Clero, ob praeclaras, et insignias sua in. Nos, et Religionem Catholicaam, ac totum Hungariae Regnum merita gratificandi desiderio, memoratis ejusdem Cleri Hungarici postulatis, ac precibus, sub sequenti modo, ac ratione clementer annuimus atque assensimus, prouti tenore ac vigore praesentis Nostri Regii Diplomatici annuimus, et assentimus. Ac proinde ex certa Nostra scientia, animo bene deliberato, sano accidente Consilio, et de Regiae Potestatis Nostrae plenitudine, omnibus, et singulis Regni Nostri Hungariae Praelatis benigne admittimus, et concedimus, adeoque expresse declaramus, decernimus, et statuimus, ut ipsi in posterum perpetuis futuris temporibus sequentem de Mobilibus suis disponendi, atque etiam testandi facultatem et potestatem habeant, eademque facultate, et potestate, absque omni Impedimento, vel Con-

tradictione, in hunc Modum, et hac praescripta ratione et Ordinatione quiete, et libere uti, frui et gaudere possint, ac debeant. Nimis si Praelatus Capitulum habens, vel in Capitulo existens decedat, sive testamentum condiderit, et Executores ordinaverit, sive non, tenetur Capitulum tres probatae fidei Viros, ex suo Corpore (quorum unus Regio nomine semper deputetur et interveniat) destinare, qui et funeri curando, et Mobilium cuiusvis generis Consignationi, Inventario conficiendo, et fideli conservationi attendant, quique sub poena Excommunicationis et Amissionis beneficia (quam poenam Praelati Infidelitati, si quae hic admittetur, inflixerunt) et amissione Honoris obligati sint omnia fideliter consignare, nec quicquam distrahi sinere. Mobilia vero Praelati ita dispensentur defuncti: Primo: honesta, nec sumptuosa sepultura procuretur, et pro refrigerio animae Eleemosyna pro facultatum ratione fiant. Deinde servitoribus et creditoribus satisfiat, ubi tamen attendendum, ut si aliqua debita in Praejudicium Hungarici seminarii, de quo inferius mentio erit, a defuncto essent contracta, ea uti hisce expresse prohibita, pro nullis et penitus irritis habeantur, adeoque nulla ratione solvantur. Ad haec juxta Statuta Synodi Tyrnaviensis, Libri omnes Capitulo cedant ad erigendam Bibliothecam. Indumenta Sacerdotalia et Altarium ornamenta Ecclesiae cedant, utensilia domestica, mensae, Lecti, Scamna et similia successori relinquuntur. Quod superfuerit Mobilium cuiuscunq; generis, etiam Allodialium, ejus media pars in usum erigendi Seminarii, vel postquam Seminarium in perfecto Statu fuerit, Parochiis meliorandis seponatur, vel ad censum collocata Summa aliqua Alumni Clerici educari, vel tandem Parochiis in deteriori conditione constitutis subveniri possit, ubi Metropolitanus Strigoniensi, ac aliis Episcopis videbitur. Tene-

\*) Ezen kiváltságlevélet megerősítette Lipót király 1677-ik évi július 30-án kelt diplomájával „annexis tamen subsequentibus expressis conditionibus et cautelis. Primo: Ut quemadmodum decedentis Praelati mobilium per Capitulares, vel Conventuales inventatio et consignatio, absque ulla Cameratici adiunctione fieri, ita vice versa eiusdem bono-

rum mobilium ecclesiasticorum administratio, absque Capitularis vel Conventionalis interventu. peragi debeat“, mely által a III. számú leiratban foglalt ellenkező intézkedés hatályon kívül helyeztetett. Egyébkint a megerősítési záradéki következő 2 pont is megegyezik a IV. alatt levő leirat intézkedésével.

antur tamen tam Executores, quam praedictae personae Capitulares ad inventandum destinatae, eidem Metropolitano Strigoniensi, pro tempore existenti ac etiam, si in alia Dioecesi fuerit, Ordinario Loci Inventarium exhibere, ac rationem peracti sui muneric sufficientem dare; et de alia hujusmodi Mobili media parte libere liceat Praelatis juxta Saerorum Canonum praescripta testari et disponere; speramus tamen eos confiniorum, quae communis Patriae, adeoque totius Christianitatis propugnaculum sunt, ut piissimae causae in testamentis memores futuros. Si defunctus Praelatus, nec Capitulum habeat, nec Membrum sit Capituli alicuius, in eo casu Dioecesanus, in cuius Dioecesi beneficium obtinuit, vel Residentiam habuit, is qui obiit, vel certe Capitulum propinquius, aut Conventus vicinior, praedicta omnia per Ecclesiasticas personas ad id deputatas exequi curabit. Cum autem servitores Mortuorum, haec forsitan ulla ratione impedire, vel rapinis sese tradere praesumpserint: Executores Testamenti, vel ad Inventarium confidendum destinati, eos ad plenam usque satisfactionem, invocato Brachio Saeculari, etiam in Persona detinendi habeant potestatem. Mandantes idcirco et serio praecipientes universis et singulis, praesentibus et futuris Regni Nostri Hungariae Palatino, Judici Curiae, Comitibus, et Vice Comitibus, Camerae Nostrae Hungaricae Officialibus, Praesidiorum Supremis et Vice-Capitaneis, atque Liberarum Civitatum Magistratibus, aliquique omnibus Nostris et Regni Nostri Hungariae subditis et

fidelibus, cujuscunque Status, Gradus, Conditionis, vel praeeminentiae exstiterint, ut saepius memoratos eiusdem Regni Nostri Hungariae Praelatos, eorumque Capitula, et Dioecesanos atque magis vicina Capitula et Conventus in posterum perpetuis futuris temporibus, praescripta testandi et Mobilia defunctorum relicta Praelatorum curandi et dispensandi Potestate, ratione et ordinatione, pacifice, quiete, et sine omni Impedimento, vel Molestia plene uti, frui, et gaudere sinant, nec non eisdem etiam atque iis, quibus Cura hujusmodi Executionis demandata fuerit, quotiescumque requisiti fuerint, juxta hujus Clementissimae Nostrae Annuentiae tenorem, et contenta ad talia in omnibus et singulis punctis, Clausulis, Articulis, Sententiis et Verborum Expressiobibus, ad convenientem effectum perducenda, decentem operam ferant, et quantum necessitas exegerit, serio assistant, idemque ab aliis pariter fieri sedulo current. Si quis autem contra hoc Regium Nostrum Diploma, et ejus contenta quicquam attentare temerarie ausus fuerit, is Nostram, et haeredum ac successorum Nostrorum Hungariae Regum Indignationem et poenam gravissimam se noverit ipso facto incursurum. Harum testimonio Literarum Manu Nostra subscriptarum et Sigilli Nostri Regii appensione Munitarum. Datum in Civitate Nostra Regia Soproniensi die 11-a Mensis Decembris Anno Domini 1625. Regnum Nostrum Romani Septimo, Hungariae et Reliquorum Octavo. Bohemiae vero Anno Nono. etc.

## II.

III. Ferdinánd király 1650. évi augustus 6-án kelt alapítólevele, melylyel a magyar kamara jövedelméből örök alapítványként évi 6000 frtot rendel kiadatni a kath. lelkészek felsegélésére. \*)

Nos Ferdinandus Tertius etc. Damus pro memoria quod, cum praeteritis proxime temporibus atroces et diuturni in Sacro Romano Imperio motus, orbi noti universo, Bellaque intestina Regnum quoque nostrum Hungariae involvissent, et in Summum periculum adduxissent, comitatas turbas pro Regni hujus ac gentis conservatione mediis placidioribus componi, ac difficultates accommodari opportuit; inter alia concedendum erat, ut Status Acatholici, maxime vero Plebei et Coloni deinceps nihil Solutionis ac Subsidii Parochis Catho-

hcis pendere et Solvere essent obligati; Compertum vero fuit multos Parochos Catholicos passim in Regno majorem hucusque Sustentationis Suae partem nonnisi ab istorum Solutione habuisse et accepisse. Ne igitur ob talem pro conservatione, Tranquillitate, et pace hujus Regni factam necessario concessionem notabile damnum Status Ecclesiasticus pateretur, et Parochi ipsi destituti necessariis, ac Sua Sustentatione privati, oves deserere, alio migrare, Parochiasque haereticis relinquere, vacuas cogerentur; Ex Paterno affectu Nostro, quo Semper Ecclesiasticum Statum complectimur, et Catholicae Religionis Zelo, nec minus ex dictamine Justitiae, quae Proventus Parochis ademptus ac damna

\*) Ezen alapítólevelet Lipót király 1677. július 3-án kelt diplomájával erősítette meg.

recompensari svadet; Instituimus ac ordinavimus, ut deinceps ex Camerae Nostrae Hungaricae Proventibus quotannis pro ejusmodi Parochis, eorumque necessitatibus sublevandis pendantur infallibiliter et certo Flor. sex mille, iidemque manibus Archi Eppi Strigoniensis, pro tempore existentis assignentur; Ut ille tam in Sua Dioecesi, quam in aliorum Epporum Dioecesibus ejusmodi Spoliatis ac egenis Parochis Fideliter, et juxta proportionem prout necessitas et Salus animarum postulaverit, distribuat, teneaturque Synodus Provincialem ex Sacris Canonibus quarto quovis anno celebrandam, qualiter dicta annua sex millia erogaverit ac dispensaverit, sufficienter edocere; Statuimusque igitur ac decernimus per praesentes Nostras Literas, fundatione perpetua, ut predicta illa Sex millia flor., Seposita quavis excusatione, certo et infallibiliter quotannis

ex praedicta Camera Nostra Hungarica Posoniensi pendantur, Praecipimusque et mandamus Praefecto et Consiliariis, atque adeo Camerae Nostrae Hungaricae firmiter et serio, ut praesens Nostrum Decretum et Foundationem in omnibus suis clausulis et punctis observare, praedictamque sex millionum Florenorum Summam quotannis, non expectato alio Decreto, certo et infallibiliter penderet debeat et teneantur; Harum nostrarum Secreto Sigillo Nostro, quo ut Rex. Hungariae utimur, impressione communitarum Vigore et testimonio Literarum. Datum in Civitate Nostra Vienna Austriae die 6. Mensis Augusti, Anno 1650. etc.

FERDINANDUS. (L. S.)

Georgius Szelepcseny m. p.

Eppus Nitr.

Andreas Ruttkay m. p.

### III.

I. Lipót király leirata a magyar kamarához 1675. deczember 29-éről az elhalt főpapok ingóságai összeirásához rendelendő kiküldöttek s a megüresedett főpapi javadalmak kezelése iránt.

Leopoldus etc.

In secreto Consilio nostro demisse Nobis proposta fuit, praescita differentia ratione Bonorum defuncti quondam Episcopi Agriensis, Francisci Leonhardi Szegedy, per conferentiam isthic Viennæ, coram Aulica Camera nostra, cum Hungaricae nostræ Cancellariae, Tuique \*) Camerae pariter Hungaricae Praesidis interventu, nuper dierum undecima nempe decurrentis istius Mensis et Anni celebratain exakte ruminata materies, qua benignissime perpensa, superinde clementer resolvimus, tam ad tollendas in futurum controversias, ac querelas, non attenta videlicet hucusque condecenter dimidiae partis Bonorum mobilium, in usum Seminarii vel pro Parochiis meliorandis seponendae, perque sumptuosas nimium sepulturas, et alias expensas inutiles, ac ab extraneis et Domesticis in casu mortis Episcoporum plerumque factas haereditatis expilationes, et distinctiones, Confiniorum autem, ut piissimæ causæ, rarissimas in testamentis Praelatorum, pro concessa testandi facultate, reciproce quamvis debitas, cum ordinatione legati cujusdam, mentiones, omnino neglecti Diplomatici regii desuper emanati causa, varie motas, quam et in Fiscum quoque Regium de nociva, tempore vacantis sedis,

Bonorum Episcopali Administratione saepius ingeminatas lamentationes, posthac sedulo praecavendas, in praerecensitó similibusque subsecuturis casibus hanc passim normam observari debere, quatenus in obsignatione et inventione Bonorum cuiusvis Praelati vita functi mobilium, ex Capitulo deputandi, penes adjungendos semper iisdem secundo loco Cameraticos, sint primarii: viceque versa Camerae seu Fisco nostro Regio, in administrandis Bonis illis Episcopalibus, una Capitularis quoque persona adhibetur, et in reliquo suum cuique de merito Jure tribuendum: Si quid vero caeteroquin ejusdem Diplomatici regii continentis, in contrarium, ab una vel altera Parte, molimini aut difficultatum eveniret, quod inter Easdem modis svavioribus et amicabili compositione, quae primitus semper tentanda, sopiri vel complanari nequiverit, id ab utrinque per vias ordinarias, ex parte nempe Camerae nostræ scepusiensis, Hungaricae Posoniensi: per Capitulum autem Archi Eppo Strigoniensi tanquam Metropolitanum: nec his vero differentias easdem componere valentibus, Aulicae Camerae nostræ et Cancellariae Hungaricae Aulicae, ad ulteriorem discussionem, ac tandem amicabili nullatenus succidente, cum omni circumstantia rerum Majestati nostræ pro finali decisione, condignoque remedio adhibendo, quam humillime repraesentandum

\*) Gróf Kollonich Lipót, ujhelyi püspök.

esse; prout idipsum antelatae Cancellariae nostrae Hungaricae Aulicae, pro notitia, suique directione nec non hac eadem benigna resolutione nostra regni nostri Hungariae Clero insinuanda, juxta tenorem annexae copiae Decretaliter, etiam intimatum extitit.

Vobis idecirco clementissime demandantes, ut huic determinationi nostrae per omnia Vosmet accommodare, praemissoque in negotio, ulteriore in Camera nostra Scepusensi quamprimum ordinem instituere debeatis,

quo si quidpiam Administratio Cassoviensis de praementationis Eppi quondam Agriensis Bonis mobilibus, Jure sibi non competente fors occupasset et distraxisset, ad massam Haereditatis in natura, seu congruo pretio, quantocuyus restituat, et in omnibus praedeclaratae Benignae voluntati nostrae se prompte semper, et obsequentis sime conformare non intermittat. Caeterum gratia nostra Caesarea et Regia vobis jugiter propensi manentes. Viennae 29-na Decembris anno 1675.

#### IV.

I. Lipót király leirata a magyar kamarához 1677. július 30-áról, melylyel II. Ferdinándnak a főpapok végrendelkezési jogára és III. Ferdinándnak a szegény lelkészek 6000 frtnyi kincstári alapítványi járulékára vonatkozó diplomáikban foglalt intézkedések foganatosítását elrendeli.

Leopoldus, divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator, semper Augustus etc.

Reverende, Spectabiles ac Magnifici et Egregii Fideles, Nobis dilecti. Haud ita pridem iteratis, sollicitis suis et querulosis instantiis, demisse Nobis supplicavit fidelis noster Hungariae Clerus, ut tum Diploma regium, Divi quondam Ferdinandi secundi, gloriosae memoriae, Imperatoris et Hungariae Regis, Praelatis hungaricis, super testandi facultate de bonis ipsorum mobilibus, certa ratione praescripta, concessum, sine quavis Eiusdem immutatione, seu novatione (quae nempe per nostram Caes.-Reg. Resolutionem, in adiungendo Personis Capitularibus, sive Conventualibus, in casu mortis Praelatorum, pro Bonis eiusmodi consignandis, inventandis et conservandis, Homine Camera-tico, sub die vigesima nona Mensis Decembris, Anni Millesimi, sexcentesimi, septuagesimi quinti, eatenus émanatam, non absque praejudicio Status Ecclesiastici, derogatorie facta fuisse dignosceretur) in antiquo corroborato vigore suo, per omnia relinquere: Cum etiam Ferdinandi Tertii, pariter Imperatoris, et Apostolici Hungariae regis, Domini Parentis utpote Nostri, pientissimae reminiscentiae, desideratissimi, sanctam annuorum sex millium florenorum, ex hujus

Hungariae Camerae Nostrae Proventibus, pro sublevandis Parochorum pauperum, in hoc nostro Hungariae regno necessitatibus ordinatorum fundationem (non obstante praescita Conventione Posoniensi, die vigesima prima Januarii, Anno proxime praeterito, desuper interposita, subsecutaque benigna nostra confirmatione \*) iuxta tenorem et seriem expressam literarum fundationalium effectui suo debito, convenienter emancipari, nec aliter imposterum eandem summam, ulla-tenus dispensari facere, clementissime dignaremur; Quibus ambabus instantiis, maturo Consilio noviter, cum interventu moderni quoque Archi-Episcopi Strigoniensis, nostrique Cancellarii Hungarici Aulici, exacte perpensis, et ruminatis (cum et haec prævia fuerit benigna mens et intentio nostra, vigorem praetacti Diplomatici, in minimo non infringendi, quin potius per adjunctionem Cameritici Capitularibus, et vice versa, Capitularis, in Administratione Bonorum immobilium Camerali Personae, tanto magis et firmius stabiendi) superinde clementer resolvimus, ut, adjunctione eismodi ab utrinque sublata, posthac stetur simpliciter expressis continentia suprafatii Diplomatici regii, et Eadem in Omnibus Articulis, Punctis suis, et Clausulis, omnimoda semper et integralis satisfactio impendatur, sintque Ca-

\*) Az egy részéről Szelepcsény György esztergomi érsek, Pálffy Tamás, nyitrai püspök, más részről gróf Kollonich Lipót ujhelyi püspök, mint a pozsonyi kamara elnöke között kötött pozsonyi egyezmény szerint a magyar clerus a III. Ferdinand által alapított 6000 frtnak 80.000 frtra felszaporodott hátralékáról. Ó Felsége által teendő kegyes alapítványok ja-

vára lemond egyebek között azon feltétel alatt, hogy jövőre a mondott 6000 frt „sine ulla tergiversatione certo et infallibiliter” kiszolgáltattassék. A fentnevezett és még más főpapok hozzájárultával tartott pozsonyi értekezletnek eredményeül létrejött ezen egyezményt Lipót király 1676. május 12-én kelt leíratával hagyta jóvá.

pitulares et Conventuales, ac inter Eos, nomine regio deputandus, eveniente Praelati morte, obligati, super relictis Mobilibus distinctum Inventarium, fideliter et illico confidere, cumque Testamento defuncti, — si quod conditum fuerit, et relatione peracti sui munieris, mentionato Archi-Episcopo Strigoniensi, vel sede vacante, in spiritualibus Metropolitani, pro tempore vices suppleturo, quantocius transmittere, qui, cum Hungarica Camera nostra, teneatur id ipsum Inventarium, et Testamentariam dispositionem, commemoratamque relationem communicare, et si quae fors dispositio secundum Diploma regium, praesertim ratione Confiniorum, non adaequate facta fuisse comperiretur, communibus Votis et mutuo consensu, quod aequum Eidem Archi-Episcopo, seu vices Agenti, et Camerae videbitur, constituere; Singulariter autem et serio sub gravi indignatione nostra tenore Praesentium inhibemus, omnibus et singulis Cameraticis, ne sub ullo praetextu, in Bona Defunctorum Ecclesiasticorum mobilia involare, aut sibi quidquam exinde praesumant et ausint appropiare.

Quantum porro praememoratam fundationem Ferdinandaeam attinet, in hac causa, de condigno considerantes, crescente, per Dei Gratiam, in dies, in hoc Apostolico regno nostro, Fidelium Catholicorum numero, necessitatem etiam Ecclesiae Pastorum accrescere, quo magis illorum egessati, pro cultu divino promovendo, nec non animarum maiori salute, subveniatur, eatenus quoque Benignissime declaramus, destinatos hunc in finem et fundatos sex mille florenos, per aequas partes, — angariatim, ex dictae nostrae Camerae Preventibus, a modo imposterum, quotannis, non in aliud ullum, quam iuxta mentem piae fundationis, piissimi quondam Genitoris nostri, duntaxat in similium egenitum Parochorum usum, absque omni defectu et integre, saepedicti Archi-Episcopi Strigoniensis manibus ad distribuendum assignari debere; Super erogatis autem, et dispensatis eiusmodi sex mille florenis, ex serie quoque fundationis maneat et sit obstrictus Idem Archi-

Episcopus Strigoniensis et successores, Provinciali, seu nationali Synodo, sufficientes rationes, et Cameram nostram Hungaricam eatenus pro notitia pariter reddere certiores; Mandautes idcirco et serio praecipientes, vobis praesentibus et futuris Camerae Nostrae Hungaricae Praefecto et Consiliariis, Cameraeque Nostrae Scepusieusi, ut secundum contenta praementionati Diplomatis, toties fatos regni Nostri Hungariae Praelatos Eorumque Capitula et Conventus, in eo clare praescripta testandi, Mobiliaque defunctorum Praelatorum relicita, curandi et disponendi potestate, modalitate, et ordinatione, quiete semper et pacifice frui, potiri, gaudereque sinant ac permittant, et quodam defectu fors interveniente, cum Archi-Episcopo Strigoniensi, revisis, ut ante dictum est, defuncti Praelati testamentariae dispositionis et Inventarii Instrumentis, nec non etiam Exmissorum Deputatorum Capitularium relatione, negotium illud, ex aequo complanent, praedeclaratam vero Quotam fundationalem, constituto tempore, nec exspectato alio Decreto, in paratis, et infallibiliter, praememorata methodo, per partes, quavis Angaria, saepefato Archi-Episcopo Strigoniensi, ex ordinariis Proventibus nostris regiis, sine Difficultate, vel remora, realiter et omnimode persolvere sint obligati; Benignam et seriam in utroque praemissorum mentem nostram et voluntatem executuri; Caeterum gratia nostra Caesarea et regia vobis iugiter propensi manemus. — Dabantur in Civitate Nostra Vienna, die trigesima Mensis Julii, Anno Millesimo, sexcentesimo, septuagesimo septimo, regnorum nostrorum romani vigesimo, hungarici vigesimo tertio, Bohemici vero vigesimo primo.

LEOPOLDUS m. p.

G. Ludovicus Comes de Sinzendorff m. p.

Ad mandatum Electi Dni Imperatoris proprium.

J. Gabriel l. B. à Gelbisz m. p.

Jac. Theob. Mayer m. p.

## V.

A cs. k. udvari kamarának 1703. augustus 30-án kelt átirata, melylyel a főpapok végrendelkezési joga iránt legfelsőbb elhatározással megállapított és Kollonich Lipót bibornok-primás-, esztergomi érsekhez 1703 junius 15-én intézett udvari kamara leiratba foglalt szabályzatot, az u. n. Kollonich-féle egyezményt a m. kir. kamaranak megküldi.

Illustrissimi, Spectabiles etc. etc. Qualiternam sua sacratissima Caesarea Majestas, velut Hungariae Rex Apostolicus, circa Personarum ecclesiasticarum haereditates, earundemque fiendas divisiones, ad interventam Methodum, ac tam ex parte Fisci ejusdem Regii, quam et Venerabilis Cleri acceptatam normam, Regulamque praescriptam clementissime ratificaverit, omnibus ac singulis hujuscemodi morientium in casibus omnino stricte, et inviolabiliter observandam, hoc ipsum ex genuinis ejusdem benignissimae Resolutionis hic annexis paribus abunde colligent Praetitulatae Dominatio-nes Vestrae.

Quas eapropter harum serie peramanter requiri-  
mus, ut haec ipsa paria (quemadmodum eminentissimo Cardinali a Kolonich tamquam Archi-Episcopo Strigoniensi, et primario Venerabilis Cleri Hungariae Antisti-  
tti, pro debita effectuatione, penes subordinatum Hun-  
gariae Clerum instituendae, pariter communicata sunt)  
ita etiam Regiis officialibus Cameraticis subalternis  
haud gravatim communicare, simul atque debitibus locis  
congruos ordines, eatenus instituere dignentur, quatenus  
attacta summe dictae suae Majestatis sacratissimae  
benignissima Resolutio, semper et quaquavice talis ecclesisticae personae obitus casu eveniente ad amussim  
exequenda suo effectui mancipetur. Quas in reliquo etc.  
Viennae die 30. Augusti Anno 1703.

N. Sacrae Caesareae Regiaeque Majestatis Praeses.  
caeterique Camerae Aulicae Consiliarii.

Sacratissimae Caesareae, Regiaeque Majestatis Nomine Eminentissimo Domino Leopoldo Sacrae Romanae Ecclesiae (Tit.) a Kolonich gratiōe significandum. Meminerit haud dubie Eminentia Vestra, quidnam in Congressu 5. Decembri elapsi anni 1702. sub praesidio ejusdem inter Venerabilem Clerum Regni Hungariae, et Cameram hanc Caesaream Regio-Aulicam, praesentibus ex parte Cleri, ac J. Cancellariae Regio-Aulicae Illustrissimo ac Reverendissimo Domino Ladislao Mattyasovszky Episcopo Nitriensi, ac Regni Cancellario, Reverendissimo Domino Augustino Benkovich Episcopo Varadiensi, Illustrissimo ac Reverendissimo Domino Emerico Csáky Episcopo Noviensi, Spectabilibus, Magnificis ac Perillus-

tribus Domino Francisco Klobusiczky, Libero Barone de Zeten, J. Comitatus de Zarand Supremo Comite, nec non Personalis Praesentiae Regiae in Judiciis Locumtenente, Domino Barone Hoffmann, Domino Barone Mednyanszky, Domino Patachich praefatae J. Cancellariae Consiliarii, ac ex parte Camerae Aulicae Caesareo-Regiae ejusdem Consiliario ac Referendario Intimo hic subscripto celebrato, occasione gravaminum motorum a Reverendissimo Domino Stephano Telekessy Episcopo Agriensi, tam circa contraventionem Resolutionis ratificatoriae 14. Aug. 1694. super restitutionem Bonorum ad Episcopatum Agriensem pertinentium emanatae, ac a suo antecessore in Episcopatu, Domino Episcopo Georgio Feuesy piae recordationis obtentae, quam ratione Bonorum Mobilium et fructuum tempore mortis praefati Domini Episcopi antecessoris sui exstantium, uti et medio tempore vacantiae perceptorum, a Fisco Regio apprehensorum, et praetensorum, ad stabiliendam in hisce Casibus eveniente scilicet morte alicujus ecclesiastici, non tantum quoad formalitates in obligatione haereditatis conficiendo Inventario ac administratione Bonorum sede vacante, sed etiam quoad quantum pro confiniis et Fortalitiis, juxta tenorem et mentem Diplomaticis a piissimo Imperatore et Rege Ferdinando secundo glorioissimae reminescitiae pro Venerabili Clero Hungariae adhuc anno 1625. die 11. Mensis Decembri, ratione concessae, de Bonis mobilibus testandae facultatis emanatae applicandum, certam Regulam et normam firmam, ad tollenda in ejusdem Casibus hucusque intersaepe datum Venerabilem Clerum, et Fiscum Regium, obinde in summum utriusque praejudicium exorta sumptuosa Litigia, Controversias, et querelas, nec non praecavendas occasiones, et sub velamine eorumdem saepe non parvo Religionis nostrae scandalo practicatas haereditatum expilations, ac distractiones omni ex parte proficuum, et omnino necessarium fore visum fuerat, nimirum:

Primo: ut quoad obsignationem Bonorum et facultatum omnium, etiam allodialium a quovis Praelato vita functo relictorum, immediate, et omni mora seclusa post casum mortis a duobus Capitalaribus et uno Officiali

Cameratico cuiuscunque gradus, aut officii in illo loco existente, omnia Bona mobilia quovis nomine vocitata, maxime vero Literalia Documenta, exceptis tamen utensilibus communibus (uti jam prius per benignam Resolutionem declaratoriam Diplomatis die 29-a Decembris anni 1675. emanatam, sancitum est) et super quae a quovis Episcopo et Capitulo Inventaria authentica servanda forent in Loco, quantum fieri potest, tuto fideliter repellantur, ac trium antedictorum sigillis obsignentur; si autem illo in Loco Cameraticus nullus adesset, Personae Capitulares interea soli obsignent, et ab iisdem Casus mortis viciniori Cameratico quantocius per Cursorem aut Tabellarium proprium intimetur, quod et Cameraticus vice versa praestabit: si ipso praesente Capitulares abesse contingeret. Expost

Secundo: Super mobilia haec obsignata (Aviticis, in quae cognati succedunt, et foundationalibus, quae beneficio adnexa manent, seclusis) pariter a praedictis duobus Capitularibus cum Deputato eum in finem a Camera Regia, aut pro diversitate Locorum ab Administrationibus Cameralibus, homine Regio seu Commisario simul plenum bene ordinatum, ac legitimum Sigillorum et manus appositione roboratum conficiatur Inventarium, cum adnexa taxatione, seu aestimatione rerum singularum justa, et aequa; tale Inventarium unus Capitularium cum testamento defuncti Domino ordinario, alter Metropolitano, Cameraticus vero suaे Instantiae conservandum tradat, si vero Bona sint immobilia, sive haereditaria, sive acquisita, nullo Consensu regio, pro ulteriori dispositione firmata, ex quo solo Fisco Regio, qua legitimo successori cedere deberent, Capitulares nullam in iisdem Jurisdictionem exercere, aut super-iisdem aliquod Inventarium, seu Conscriptionem formare possent, hoc jure emissis solum Cameraticis competente.

Tertio: Executio Testamenti, si quod adest, aut si nullum adesset, Bonorum ordine sic debito in Inventario Conscriptorum et Taxatorum distributio ab iis, quos defuncti ordinarius et Metropolitanus, ac ex parte sua Fiscus constituerit, quam primum, ne mora temporis res, vel distrahantur, vel deteriorentur, modo fiat sequenti: ut omnium primo expensae funerales, pro viribus facultatum, et cuiusvis gradui competentia insundae; nec non stipendiati servitores, uti et Creditores solvantur, ubi tamen attendendum, quod si aliqua Debta in praejudicium ecclesiae, aut seminarii, de quo inferius mentio erit, a defuncto essent contracta ea, uti hisce expresse prohibita, pro irritis habeantur, adeoque nulla ratione solvantur; dein Libri omnes, uti et manuscripta Capitulo, si cuius membrum defunctus

fuerit, aut beneficio, quod habuit, ad augendam, vel erigendam, aut instruendam Bibliothecam cedant. Indumenta vero sacerdotalia, Vasa sacra et altarium ornamenta, tamquam res Deo jam sacratae ecclesiae obveniant: prouti utensilia domestica, scilicet mensae et Culinae, cellarii suppelle, sedilia, lecti, tapetes, successori relinquendae, in quem finem non tantum liceret ecclesiasticis quoddam ejusmodi domesticae suppelle, Inventarium conficere, quae de successore ad successorem venire quis desideret; sed etiam utile, imo necessarium foret bene ordinatum urbarium, seu omnium Jurium, Possessionum, fructuum, beneficij regestum pro directione successorum conscribere.

Quarto: ut, quod deducto sic aere alieno in rem Episcopatus aut Praelatura, ejusdemque ecclesiae verso, nec non distributis supradictis superfuerit, id in tres partes aequales dividatur, e quibus unius partis praelectio fiat in emolumentum ecclesiae, id est in usum erigendi, vel augendi clericorum seminarii, aut ecclesiarum meliorationem, ac Parochiarum restorationem, quo defunctus designaverit; secunda tertialitas obveniat Fisco Regio, Hungariae Praesidiis et fortalitiis, vel conservandis, vel instaurandis impendenda; et de tertia pro libitu et arbitrio suo, quisque ecclesiasticorum disponere possit, sive pro refrigerio animae in pia legata, sive pro Cognatis, aliisve, aut si Praelatus ab intestato decederet, in hanc tertiam partem ii Cognati succedant, qui vi legum patriarcharum ab intestato morientibus succedere deberent. Si vero talium Cognatorum nullus superesset, eo in Casu haec tertialitas, tamquam a defuncto indisposita reicta, ex media parte Fisco, et alia ex parte ecclesiae dividatur.

Quinto: Bonorum ecclesiasticorum, seu ad functionem ecclesiasticam spectantium administratio sit penes duos juxta benignissimam mentem suae Majestatis Caesareo-Regiae anno 1675. die 29. Decembris explanatam, nempe ecclesiasticum unum et fiscalem alterum, illum defuncti Ordinarius, hunc Camera constituent, qui mutua potestate administrabunt omnia, et eo maxime reflectent, ne Bona desolentur, aut eorum proventus minuantur, aut quae ad bonam oeconomiam exercendam spectant, negligantur, ob quam diligentiam competentem Remunerationem in fine administrationis accipient.

Sexto: Proventus et fructus omnes durante hac beneficij vacantis administratione collecti, aut pro hoc tempore colligendi, usque ad Installationem successoris (si beneficium ultra quadrantem anni vacare contingat) bifarie dividantur, una parte Fisco, altera ecclesiae remanente.

Septimo: Quod si vero aliquis, cujuscunque Conditionis ille fuerit, a praespecificatis Bonis ex haereditate defunctorum ecclesiasticorum, aut etiam fructibus medio tempore vacantiae perceptis, quidquam auferre, aut celare, vel quacunque ratione ecclesiam et fiscum eatenus damnificare auderet, condigna legibus poena rigorose puniatur, quae omnia et singula suae Majestati Sacratisimae Caesareo-Regiaeque per delegatam in Hungaricis Commissionem ministerialem demississime

relata, ab eademque in omnibus et per omnia clementissime sunt approbata, et ratificata, ac obinde Eminentiae Vestrae eum in finem insinuantur, ut sancitam de super hanc benignissimam suae Majestatis Declarationem, ac Resolutionem finalem, saepefato Venerabili Regni Hungariae Clero debite notificare, ac pro regula et norma in futurum in hisce Casibus inalterabiliter observanda intimare non gravetur. Cui de cetero etc. etc. Viennae die 15. Juni 1703.

## VI.

III. Károly király által a m. kir. helytartótanács részére 1724. január 20-án kiadott utasítás, mely a kegyes alapítványok kezelése iránt is intézkedik.

Carolus VI. etc. Rex. Quandoquidem Nos pro ea, qua erga fideles subditos nostros ducimur paterna cura, et sollicitudine illa, quae pro emolumento eorundem, et incremento boni publici proficia fore cognovimus promovere et augere desideraremus. Eum in finem, quo praeprimis charum Haereditarium nostrum Hungariae regnum variis diuturnorum bellorum incommodis graviter ruinatum, stabilita iam divino auxilio alma pace, et finibus eiusdem justa arma nostra secundante Numinе in vicina etiam eidem adnexa regna, et provincias extensis in pristinum florem reducere satagentes, ad demissam etiam fidelium statuum et ordinum in proxime terminata generali regni Hungariae diaeta congregatorum Maiestati Nostrae factam instantiam consilium regium locumtenentiale politico-oeconomico-militare, secundum bgnas dispositiones nostras in regno administrandorum, et exequendorum curam habiturum a Maiestate Nostra, legitimisque successoribus Nostris Hungariae regibus in perpetuum dependens, et in absentia duntaxat e regno Nostro, aut praedictorum successorum Nostrorum activitatem habens (in praesentia siquidem nostra, aut praescriptorum Nostrorum functio eiusdem ipso facto usque ad iteratam absentiam Nostram cessare debebit) instituendum, eidemque sequentem instructionem cum plena eandem augendi, minuendi, addendi, demandi, ac pro ratione temporum et circumstantiarum modificandi, Nobis et antelatis successoribus Nostris reservata facultate clementer resolvimus.

Primo. Praenunciatum Consilium regium locumtenentiale sub praeside regni Palatino cum viginti duobus consiliariis ex statu praelatorum, magnatum et

nobilium ex omnibus regni partibus, per Nos denominatis et in futurum etiam per Maiestatem Nostram, ac saepefatos successores Nostros legitimos Hungariae reges denomiandis ad interim in libera regiaque civitate Nostra Posoniensi conveniet, ibidemque exceptis feriis in articulo 29-no novissimae diaetae anni 1723. specificatis, comes Palatinus qua praeses, aut in illius absentia eiusdem vices-agens praeter dictas legales ferias, necessitate ita exigente, singulis etiam diebus, horis antemeridianis consultationes instituent, neque ex consiliariis et secretariis ulli, nisi legitima de causa praesidi, aut in illius absentia eiusdem vice-agenti semper insinuanda, et ultra unius mensis spatium sine Nostro praescitu, et benigno placito non extendenda, obtentaque superinde licentia, ex istiusmodi consultationibus abesse licebit; licentiae autem se se absentiandi erga proponendas praevie legitimas causas. ita dentur, ut pro pertractandis occurrentibus quibusvis negotiis ad minimum duodecim consiliarii ad latus praesidis semper sint praesentes.

Septimo. Pro exigentia articuli 70 praecitatae novissimae diaetae ad gerendam piarum quarumvis fundationum curam, e gremio dicti consilii nonnullos deputare cupientes; clementer hisce volumus, ut tam nunc, quam in futurum tres consiliarii et unus secretarius per idem consilium Nobis demisse proponantur, quibus videlicet existimaret, tam istiusmodi provinciam, quam etiam illud, ne ecclesiae, juraque et aedificia ecclesiarum desolari permittantur, peculiariter concordendum, et committendum fore, consilium hocce Nostrum materiam religionis directe quidem non tra-

ctabit, utpote Nobis reservatam, interea tamen bgnā Nostra mandata hac in re vel expedita, vel in posterum expedienda debite exequetur; nec contraventiones, aut simultates partium, minus turbationes aut scandala admittet, sed illis in tempore obviabit, omniaque hac in materia ocurrentia Nobis demisse referet.

Et haec sunt, quae pro temporum et negotiorum cursu, et constitutione moderna praesenti instructione comprehendenda, et demandanda duximus; reservantes Nobis ut supra emendationem, modificationem et mutationem illius. Hoc insuper addito, ut singulis angariis

haec instructio in consilio publice legatur, ne per obli-  
vionem observantia ejusdem oblitteretur. Datum in archi-  
ducali civitate Nostra Vienna Austriae die 20-a Janua-  
rii 1724. Regnorum Nostrorum romani 13. Hispani-  
iarum 21. Hungariae vero, Bohemiae etc. anno simi-  
liter 13-o. (L. S.)

CAROLUS m. p.

C. Ladislaus Adamus Erdödy

Eppus Nitriensis m. p.

Josephus Sigray m. p.

## VII.

A cs. k. udv. kamarának előterjesztése 1732. február 23-áról III. Károly király legfel-  
sőbb elhatározásával ellátva, mely szerint a lelkészi pénztár (cassa parochorum) 6000  
frtnyi alapítványi járuléknak kifizetése, továbbá ezen járulékból hátralékban maradt  
összeg után évi 4000 frtnak, és I. Lipót fogad alma teljesítéséül még 6000 frtnyi évi  
járuléknak ugyanazon pénztár javára kiszolgáltatása elrendeltetik.

Sacratissima Caesarea Regiaeque Majestas. Domine  
Domine Clementissime.

Adhuc in Anno 1650. dum ad componendos in-  
testinós Regni Hungariae motus, reducendamque  
publicam Regni quietem, atque tranquillitatem, Divus  
Imperator et Rex Ferdinandus Tertiüs, Acatholicos,  
maxime vero plebeos, et colonos Regnum Hungariae  
inhabitantes, a praestandis parochis Catholicis Solu-  
tionibus et subsidiis absolvisset, eotum etiam clementer  
ordinavit, ut pro Sustentatione egenorum Parochorum  
Catholicorum, suis redditibus modo praevio destitutorum,  
ex perceptoratu Regiae Camerae Hungaricae, seposita  
quavis excusatione, certo et infallibiliter quotannis ad  
manus Archi-Episcopi Strigoniensis 6,000 fl. numeren-  
tur, Archi-Episcopus autem Strigoniensis tam in sua,  
quam in aliorum Episcoporum Dioecesisibus ejusmodi  
spoliatis et egenis Parochis fideliter et juxta proportio-  
nen, prout necessitas, et salus animarum postulaverit,  
praenotatam Summam distribuat, teneaturque Synodus  
provinciale quarto quovis anno celebrandum, qualiter  
dicta annua 6,000 fl. erogaverit ac dispensaverit, suffi-  
cienter edocere. Benigna hujusmodi fundatio acceperat  
quidem suum Cursum, supervenientibus attamen adver-  
sis temporum Vicissitudinibus Camera Hungarica ad  
solvendum non sufficiente, restantia dictae fundationis

ad annum 1676. excreverat ad 80 flor. millia. Qua de  
causa in praedicto 1676. anno inter Venerabilem Hun-  
gariae Clerum et illius temporis Camerae Hungaricae  
Praefectum mutuo consessu instituto, Venerabilis Clerus  
praetensioni suae, quoad restantias cessit, easdemque  
ad Certas pias fundationes juxta intentionem Caes.  
Regiam sibi intimatam convertendas annuit, ita tamen,  
ut juxta mentem Fundatoris sine ulla tergiversatione  
certo, et infallibiliter pro parochorum necessitatibus  
quotannis 6,000 fl. in quatuor terminis deponantur,  
et Ferdinandaeae Fundationales confirmentur; veluti  
etiam eodem 1676. anno Majest. Vestrae desideratis-  
simus genitor gloriosissimae recordationis Imperator et  
Rex Leopoldus et transactionem clementer ratihabuit, et  
Ferdinandaeam benigne confirmavit fundationem.

Post proximiiores Regni Hungariae Rakoczianos  
motus, attacta Ferdinandaeae Fundationis Continuatio,  
fuerat quidem per Cameram Hungaricam in quaestionem  
Sumpta; Verum tamen Mattas Vra Sacra non Obstan-  
tibus per Cameram hungaricam pro Sublatione dictae  
fundationis adductis argumentis in anno 1715. clemen-  
ter resolvere dignabatur, ut donec negotium religionis  
in Hungaria aliter constituetur, saepetati 6,000 floreni  
ulterius etiam praestentur; Veluti etiam hunc in finem  
necessariis dispositionibus, factis, solutio Continuaba-

tur, donec de modo et forma quietandi quaestio mota extitisset. Ex parte quippe Bancalis Repraesentationis Posoniensis praetendebatur, ut Cujuslibet Parochi ex praescitis fundationalibus 6,000 fl. participantis quietantia producatur, ut erga talem praestari possit solutio. Venerabilis e Converso Clerus impracticabilitatem Obvertebat, et desiderabat, ut fundationalis Summa erga quietantiam Generalis Vicarii Strigoniensis numeretur, data assecuratione, quod evoluto anno, antequam nova fiat perceptio, particulares Parochorum participantium quietantias Camerae Hungaricae vel Bancali Repraesentationi tradere velit; et ex tali, circa formalitatem quietandi mota difficultate evenit, ut ab anno 1716. ad exitum anni 1731. restantia praescitae fundationis iterum ad 42,678 fl. 70 cr. accumulata habeatur.

Ex quo autem ob praedeclaratam formalitatem solutio fundationalis summae protellabatur, et majorem restantiarum acercentiam cleris ferre noluisset, egenis vero Parochis subvenire desideravisset, anno adhuc 1726. Posonii congregatus, suam in praemissis, medio Regiae Cancellariae Hungaricae Aulicae, Camarae isti Aulicae intimatam reiteravit declarationem.

Audita est desuper Regia Camera Hungarica, addita quaestione: ne utrum Ferdinandaea illa fundatio ita radicata sit, ut citra laesionem intentionis fundatoris denegari, vel modificari nequeat, ex quo parochi moderno tempore in meliori Statu positi reputarentur?

Nunc fata Camera Hungarica censet fundationalem illam 6,000 fl. Summam nec denegari nec modificari posse, nam cum Fundator Ferdinandus Tertius perpetuam esse voluerit, id ipsum vero tam divus Leopoldus, quam et Majestas Vestra Sacratis. clementer Confirmaverit, amplius denegari nequiret; Sed nec modificari, et in alias fines applicari: Quoniam notum sit, adhucdum Parochos in Hungaria minus provisos esse, et ad subsistendum necessarium Subsidium reposcere, quo denegato, Parochias deserit, concomitanter plebem Solatio, et provisione Spirituali destitui oportet; et hinc cum illa 6,000 fl. Summa pro solis egenis Parochis ordinata esse dignoscatur, censeret integraliter in Solos Parochos, erogandam, adeoque Solutiones in annexo denotatas Patrum Franciscanorum, Capucinorum, Paulinorum et Societatis Jesu, prout et Sanctimonialium, et Musicorum pensiones Sufferendas, nisi ipse Venerabilis Clerus habita reflexione Religiosorum, munera parochialia obeuntium annuam pensionem ex Ferdinandaea fundationali pecunia exsolvendam admitteret.

Ceterum respectu quaestionis qualiter solutio deinceps ordinanda sit, commemorata Camera Hungarica

habita ad Conventionem cum Clero in Anno 1676. initam reflexione, existimat: ex deputata 6,000 fl. Fundationali Summa, Singulis Angariis 1,500 fl. erga quietantiam Archi-Episcopi Strigoniensis numerandos, atque in Cistam pro hoc duntaxat usu destinandam, duabusque Seris muniendam, et in Consistorio Capituli Posoniensis Conservandam deponendos, conservandosque esse, unam vero clavim apud Archi-Episcopum, alteram vero apud Cameram Hungaricam vel eum in finem deputandum hominem Cameralem asservandam, ita ut unus sine altero cistam reserare nequeat, hocque pacto omnis devitetur suspicio, et palam fiat, in quales usus pecunia illa convertatur.

Cum autem Archi-Episcopus ipse exactam parochorum indigentiae notitiam habere nequeat, e re fore, ut convocatis Diaecesis Episcopis, investiget, qui, et quot in Singula Dioecesi sint pauperes Parochi, et Superinde Catalogum cum distinctione Personarum magis vel minus egentium, et cuivis a proportione necessitatis deputanda Summa, formet; ejusmodique subscripti Catalogi unum exemplar apud Archi-Episcopum, alterum vero penes Cameram Hungaricam maneat; effluxo vero anno, Omnium percipientium Parochorum quietantiae per Vicarios Diaecesis Camerae Hungaricae praesententur, ut facta cum Cathalogo comportatione appareat, utrum tota Summa juxta praeviam repartitionem distributa fuerit. Et cum status Parochorum Successu temporis mutari possit, conveniens futurum existimat, ut quarto quovis anno Synodus Provincialis celebretur, ibidemque an, et in qua parte per decursum quadriennii Status Parochorum mutatus sit, examinato, novus Cathalogus, cum nova repartitione conficiatur.

Augustissima Majestas! dum hocce fundationis, et restantiarum negotium obsequiosa Camera Aulica examinavit, mota quidem fuerat quaestio, utrum illa Ferdinandaea fundatio continuari debeat, cum Regnum Hungariae in meliorem Statum reductum sit, ipsique Parochi, amotis in compluribus locis Praedicantibus, melius jam nunc, quam ab ante subsistere posse videantur, inspectis interim fundationalibus literis apparuit, fundationem illam perpetuam esse, ut ab illa recedere tanto minus conveniat, quod non tantum Divus Imperator et Rex Leopoldus, verum etiam Majestas Vra Sacra Clementissime ratificare dignata fuerit; ac simul notorium sit, Parochos in Hungaria complures ex redditibus suis Parochialibus pro Statu Clericali subsistere non posse, adeoque ipsis subveniendi necessitatem adhucdum praesentaneam esse. Respectu accumulatarum vero restantiarum considerabatur, quod Parochi illi, quibus subveniri debebat, hactenus aut

demortui, aut ad meliores Parochias promoti sint, vel etiamsi in suis prioribus Parochiis subsisterent, respectu tamen temporis praeteriti, necessitate non premerentur, dummodo de praesenti ipsis subveniatur et hinc videbatur, quoad restantias cum Venerabili clero tractandum, ut illas, si non in toto, in parte tamen aerario remittat, et accurata de futuro fundationalis Summae Solutione Contentetur. Quia tamen fundationalis Summae Ordinata Solutio, ob praeiensam ex parte Bancalitatis impracticabilem quietandi formam interrupta exstisset, hocque pacto restantiae accumulatae habarentur, ne Venerabilis Clerus Solutionem praemeditatae eum in finem intermissam fuisse obvertat, ut Contra mentem Fundatoris egeni Parochi patientur, et aerarium turpe lucrum capiat, satis videbatur, et tanto magis a tentanda conventione abstinentum, quod etiam in Anno 1676. (uti praememoratum est) ad illud tempus accumulatas dictae foundationis restantias, ad certas pias foundationes, juxta intentionem regnantis eorum Majestatis, sibi intimatam convertendas, et non simpliciter remiserit.

Ex quo vero Regia Camera Hungarica notos foundationales 6,000 fl. in Parochos duntaxat egenos erogandos, adeoque quod hactenus in praeanexo specificatis Patribus et Musicis ex eadem fundationali Summa praestabatur, ex alio fundo Supplendum censeret; utrum huic Camerae Hungaricae opinioni adhaerendum sit? disquirebatur. Ita quidem est, quod fundatio Ferdinandaea de solis egenis Parochis, nulla religiosorum aut Musicorum facta mentione loquatur, quia tamen religiosi illi, nec minus et Musici ex benignis resolutionibus Caesareo-Regiis de illa foundatione Ferdinandaea participant, illique veluti munia Parochialia exercentes, pro parochis reputarentur, neque vero Clerus Hungariae Solutionem eorum, prout et musicorum cultum divinum repraesentantium hactenus controvisset, non videtur ratio, cur ab usu et consuetudine imperturbata et continua recedi, et nova nefors fundi solutionis ordinatione aerarium gravari deberet.

Quod caeteroquin modum futurae solutionis attinet; modalitas, quam Regia Camera Hungarica suggerit, ut videlicet, in Capitulari Consistorio angariatim 1,500 fl. ad Cistam duplicitis seratura deponantur, illis annis, in quibus Parochi ad aliquot duntaxat Comitatus, Posonio Viciniores restricti fuerant, practicabilis quidem erat, jam vero Parochis in omnes Comitatus Hungariae, adeoque etiam ad centum millaria Posonio distantia loca extensis, ut hi a tam longinquo ad percipiendam quotam fatigentur, nec praetendi, nec practicari potest.

Et ideo obsequiosa Camera aulica humillime existimat, ut ad conformitatem piae foundationis, annui illi 6,000 fl. erga quietantiam Archi-Episcopi Strigoniensis per partes angaricales exsolvantur, ipse tamen Archi-Episcopus teneatur Regiae Camerae Hungaricae Catalogum repartitionis Communicare, cum exitu anni quietantias participantium Parochorum, ac simul futuri anni repartitionis Catalogum tanto certius exhibere, quod in Casu contrario illius anni, pro quo Catalogus non exhiberetur, Summa fundationalis inexsoluta mansura sit; non conveniret etenim in Archi-Episcopo diffidentiam ponere, quasi vero fundacionalem pecuniam in alios fines converteret, et siquid praeter exspectationem uno anno eveniret, illud sequenti anno facile remediri posset.

Ex quo autem in fiscalibus quoque bonis egeni comperirentur parochi, ut horum quoque in repartitione conveniens reflexio fiat, specialiter curandum fore; ipse porro Venerabilis Clerus jam eo suum dedit assensum, ut Patribus Piarum Scholarum in Marmatiam introductis parochialia munia exercentibus, simulque juventutem eruditibus, annui 600 fl. numerentur; Praeterea Majestas Vra Sacratissima clementer resolvit, ut Parochio in Nagy-Szöllös, sub obligatione missam qualibet hebdomada pro incolumitate Mattis Vrae, et Augustissimae sua Domus celebrandi, annue floreni 50. solvantur, aliis 50 fl. ad fundum salinarem derivatis, ut tum Patres Piarum Scholarum, quam et Parochus in Nagyszöllös ultro quoque ex commemorato foundationis fundo solvantur, necessarium esse dignoscitur.

Quod attinet hactenus conflatam 42,678 fl. 70 xr. restantiam, quamquam, uti praemissum est, vel demortui, aut promoti hactenus fuerint Parochi, qui praeteritis annis participare debebant, vel etiamsi supersint, eos, tamen necessitas quoad praeteritum amplius non premit, ne tamen Clerus Hungariae turpis lucri Cupidine, contra fundatoris intentionem, exsolutionem fundationalis Summae praetextu quietandi formalitatis, restantiam illam Conflatam, exsolutionemque retardatam obvertat, ut restantiae quoque persolvantur, conveniens esse dignoscitur. Quia vero ampli districtus in regno reperirentur, Parochis Catholicis destituti, in quibus residentes Catholicci raro Solamen Spirituale capere possent, et eos frequenter sine Sacramentorum munimine decidere oporteret.

Hinc demisse existimatur praedeclaratam restantiam cum annuis 3,000 fl. exsolvendam esse, ita tamen, ut restantia ista partim ad novas in regno Parochias instituendas, partim vero quasdam veteres melius dotandas Convertatur et Regia Camera Hungarica, col-

lato cum Archi-Episcopo Strigoniensi Consilio, loca, ubi Parochi novi instituendi, aut veteres melius dotandi forent, cum denotatione quanti anni pro quolibet Parrocho, designet, et elaboret, Signanter autem ad oppidum Felsőbánya reflectendum foret, propter montanistas, tum ibidem, tum et in Vicino Kapnik dicto loco residentes. Felsőbányenses quippe incolae sunt passim Calvinistae, et quanquam Patres Soc. Jesu Nagybányae residentes, diebus festivis eorum excurrant, ferialibus tamen diebus, omni destituuntur Solatio Catholici, in Kapnik vero nec festivis diebus habentur spiritualia, ut ibi residentes sine luce, sine cruce, videantur vivere ac demori. Esset porro illa intentio, ut duo Patres Societatis Jesu continuo Felsőbányae resideant, ac illi non tantum diebus festivis, sed et, dum necessitas expostulaverit, in Kapnik quoque divina peragant, et Sacra-menta administrent. Postquam autem loca pro novis parochiis instituendis elaborata fuerint, melius discerni poterit, restans fundationalis Summa in quantum exsolvi, et in quantum erga Solutionem interusurii penes aerarium retinenda erit. Hoc facto non laedetur pia fundatoris, Majestatisque Vestrae Sacratissimae eandem fundationem clementer ratificantis intentio, imo Cultus divinus, et Orthodoxae Fidei propagatio promovebitur, ac simul coacervata illa fundationalis Summae restantia ad Similitudinem consensus Cleri, quoad Summam ad annum 1676. (ut praemissum est) accumulatam, attacto 1676. anno declarati, ad fundationes Salutares converteatur; Haec tamen dependent a benigno Majestatis Vestrae Sacratissimae arbitrio. Lincii, die 23. Februarii 1732.

Joan. Franc. Comes a Dietrichstain m. p.

#### Legfelsőbb elhatározás:

Census fundationis Ferdinandae 6000 fl. ab initio hujus anni computandus ad Cassam Posonii a me noviter per Cancellariam Ordinatam contra quietantias ejusdem Commissionis accurate a Camera per illam bancalitatem Singulis annis certo solvetur. Ut vero utraque hujus fundationis, et sat alta restantia pariter in ordinem veniat, Camera etiam per Bancalitatem annuatim etiam census nomine 4000 fl. ad dictam cassam pariter solvat, et commissioni rescribat, ut pro musica, monialibus, Capucinis, Capellano arcis, et lampade ratas in adjecta designatione positas, uti et pro Piaristis in Marmatia 600 fl. exsolvat, residuum vero una cum altero censu 6,000 fl. juxta intentionem Fundatoris Solum pro parochiis impendat.

Praeter haec cum Dominus et Parens meus Leopoldus Votum de fundandis Parochiis fecerit, et hoc etiam ego exequi velim, et debeam, pro hoc voto, et Fundatione nova, Camera, per eandem Bancalitatem loco capitalis 100,000 fl. annum censem 6,000 fl. ab initio hujus anni etiam computandorum anuatim ad Cassam eandem a me noviter Posonii erectam modalitate supra in Ferdinandea expressa accurate solvere curabit, ac Cameræ singulariter incumbet, ut hi tres annui census junctim 16,000 fl. accurate exsolventur ac singulo anni fine me informet, quomodo complete hi census soluti fuerint.

CAROLUS m. p.

### VIII.

III. Károly király leirata a m. kir. helytartótanácshoz 1733. március 7-ről a lelkészi pénztár javadalmazása, kezelésének módja, a nagyváradi püspökség jövedelmének megállapítása, a szombathelyi püspökség felállítása, a lelkészek javadalmának megszabása, a papnöveldék, azok felügyelete s számadásai iránt.

Serenissime Dux, Consanguinee Nobis Charissime, Reverendissime item, Reverende, Honorabilis, Spectabilis ac Magnifici, nec non Magnifice, et Egregii, Fideles Nobis dilecti. Nostra in Deum Pietas, et Paterna quoque in Rempublicam Cura et Sollicitudo summe exigit, ut in Regnis et Ditionibus, Divinitus Nobis concessis, verae Religionis et Animarum, pretiosissimo Christi Sanguine redemptarum, exactissima habeatur Cura; et

siquidem haec in Vigilantia et Zelo Ordinariorum, requisitis item idoneis Animarum Pastoribus, horumque bona Institutione, quam maxime consistat, ad modofatam autem Institutionem, Studia et Seminaria bene regulata, plurimum conferre possint, requisitis vero Animarum Pastoribus de congrua Sustentatione provideri debeat; Fidedigne porro percipiamus, in praefato Nostro Hungariae Regno, quamvis priore ad-

huc Bello Turcico receptis Sedibus ab olim Dioecesanis eaedein cum Bonis et Juribus temporalibus eo spectantibus, per magnae Memoriae Imperatorem, et Regem Leopoldum, Genitorem Nostrum desideratissimum, ipsi Clero jam dudum restitutae fuissent, unde emersis quibusvis defectibus, ab ipsismet Locorum Ordinariis, conveniens remedium ad praesens ponit et potuisset et debuissest: Dioecesanorum nonnullos, nec ad praesens Seminarium, seu Alumnatum, in et pro Sua Dioecesi erectum habere, et qui etiam uno vel pluribus provisi existerent Seminariis, inde nihilominus, cum Vastas nimis habeant Dioeceses: et illi quoque Alumni, qui in antelatis Seminariis instituuntur, in Philosophia Triennio, in Theologia vero Quadriennio detineantur; per consequens, de ordinario cursu Septem, si autem adhuc in Humanioribus Studiis ad Seminaria Suscipiantur, octo, novem, et subinde decem Annis interteneri debeant, prius in Seminariis, quam ad Curam Animarum exmitti possint: Requisita et Sufficiencia Subjecta obtinere non valerent: Ipsos dein Rectores Seminariorum, Rationes de Tempore in Tempus non exhibere, ut exinde, an tot, quot Reditus admittunt, Alumni in illis interteneantur? videri, et defectus, qui eatenus irrepsissent, corrigi quirent; sed et praescriptas Parochiarum Visitationes, ab illis, quibus eae incumbunt, intermitti; Defectu demum Mediorum, ad condecenter in Parochia subsistendum requisitorum, non ut in Locis, ubi alias necesse de facto etiam fuisset, Parochos instituere, tales instituti fuissent, quin potius nec actu institutis in pluribus Locis, de congrua Dote provisum haberet.

Hinc cum Summa, uti praemittitur, Cura Religiosis et Animarum esse debeat, praerecensis, aliisque eatenus ad praesens observatis defectibus serio obviare, opportunumque ac efficax id circa remedium pro exigentia etiam Regio-Apostolici Muneris nostri pone-re; dictarumque Animarum Curae omni meliori modo prospicere cupientes, pro praesenti urgente Ecclesiarum et Parochorum in Hungaria Necessitate, certam Cassam generalem, in Libera et Regia Civitate Nostra Posoniensi, sub Directione Commissionis, de qua infra dicetur, Servari et medio eiusdem Commissionis, perspecta praevie unius cuiusvis Dioecesis urgente Necesitate, exinde eiusmodi Necessitati competenter provideri benigne volumus et Mandamus, clementerque disposuimus.

Ut at eandem Cassam Census Fundationis Ferdinandae dictae ex Annuis Sex Mille Florenis constans, in ratis suis Angaricalibus, a Die prima Januarii Anni currentis, ac praeterea in Sortem accretarum

ad praesens dictae Fundationis Restantiarum, alii quatuor Mille floreni pariter annue solvantur: Et siquidem Votum etiam illud, quod altefatus Genitor noster super Parochialibus Ecclesiis per Hungariam, tum Barbarorum Tyrannide, tum Temporum Calamitate de-structis, iterum erigendis, et competente Parochis Sus-tentatione dotandis solemniter isthic emisit, debite adimplere decrevissemus, igitur fine adimplendi praeat-tacti Voti, ultra praevie jam resolutos Annos Decem Mille Florenos, alias Sex Mille Florenos, Posonii accurate annuatim ab Aerario nostro, ad antelatam Neo erigendam Cassam solvi, et pendi jussimus, ita tamen ut Parochiae ex his Annuis Sedecim Mille Florenis vel neo erigendae, vel restauranda quoad jus Patro-natus Nobis et Successoribus Nostris Hungariae Re-gibus reserventur.

Ad haec conformiter Repraesentationi a Regio hoc Nostro Locumtenentiali Consilio, sub 10. Mensis proxime praeteriti Nobis submissae, Abbatiam S. Gott-hardi, et Pécs-Váradiensem; decursu aliquot adhuc Annorum, vacantes relicturi sumus, Reditus abinde a 1-ma Januarii Anni currentis provenientes, ad pree-declaratam Cassam fineque praenotato benignissime destinantes.

Cum porro Episcopus Varadiensis deinceps non-nisi Septemdecim Millium florenorum Annos Redi-tus sit habiturus, illud, quod ex fideli Administratione residuitatis Bonorum et Decimarum, ad Episcopatum Varadiensem hucusque tentorum remanebit, de tem-pore in tempus, ad praenotatam Cassam dari, et pro Parochiis erigendis, et instruendis, usque ad ulterio-rem Resolutionem Nostram, pariter impendi, clemen-ter decrevimus.

Praeterea ut Animarum Cura, Dei cultus, et Doc-trina sana magis promoveri, atque Ecclesiastica Discip-lina melius observari possint, ductu etiam Conscientiae, id benigne intendimus, ut habitae ad praesens Jauriensi Dioecesi, totus Comitatus Szaladiensis cum Insula Muraköz adjungatur, et tunc bifarium tum quoad Districtum, tum quoad Reditus dividatur, sive Jauriensis Episcopus, quem Religiosum Patrem Adolphum e Scholis Piis nominavimus, Jaurini, alter vero Sabariae resideat, in quo posteriori loco existens col-legiata Ecclesia, in Cathedram erigenda erit; et siquidem pro Sabariensi hoc novo Episcopatu, proprium Episcopum nondum nominassemus, verum Eisdem ad-ministratorio duntaxat jure, ac Titulo, medio Lectoris et Canonici Varadinensis Pauli Junioris Comitis Forgács, nominati a Nobis Praepositi Collegiatae Ecclesiae Posoniensis, quoad Jurisdictionalia, et Pontificalia pro-

videri cupiamus: Igitur et antelati novi Episcopatus Reditus, praetactam pro Parochiis noviter constitutam Cassam, usque ad ulteriore Resolutionem nostram intrabunt, eoque fideliter administrandi erunt.

Supra fatae autem Commissionis, quae nimirum dictam generalem Cassam, sub sua Directione habebit, Praesidium tenebit Archi-Episcopus Strigoniensis, et Regni Primas, Emericus e Comitibus Eszterházy, Coassisidentibus Eidem, Joanne Comite Pálffy, Judice Curiae nostrae Regiae, Episcopo item Agriense, Gabriele Comite Erdödy, et Joanne Adelffy, Regii istius nostri Locumtenentialis Consilii Consilariis, nec non uno Regiae Camerae Hungaricae Consiliario per Cameram nostram eatenus denominando, modo fata Commissio mox ubi consederit, habita mutua inter se Consultatione, medio Regii istius Nostri Locumtenentialis Consilii, aptum et idoneum, sufficientemque Securitatem, seu Cautiōnem dare valens Subjectum, quod Pecunias ad memoratam Cassam confluere debentes percipiat, et assignatas inde Erogationes faciat, Nobis demisse proponet: Specificando Salarium eiusmodi Perceptoris Annue danum, Locum item Securae Conservationis dictae generalis Cassae, ac qualiter eundem Perceptorem, ad rite obeundum talismodi Servitium, alias etiam instruendum esse censeret.

Caeterum clementer confidimus, juxta aliud benignum Rescriptum nostrum, Die 12-a Octobris, Anno proxime praeterito expeditum, demandatam ex omnibus Dioecesisbus, tam de moderno, quam et in futurum meliorando earundem Stata Informationem, ad praesens jam Supervenisse, exindeque specifice, ac Seriatim patuisse, quot, et qualia, in quo Loco de facto habeantur Templa, qui Parochi, quas teneant Ecclesias Filiales, et ad quam Distantiam hae existant, quales item antelati Parochi de praesenti habeant Reditus, prouti et in quot, et quibus adhuc Locis Parochiae erigi, quaeve Possessiones, in qua Distantia inde sitae, in forma Filialium, eo applicari possent? quod si autem haec, extramissis jam Informationibus, circumstantialiter non paterent, ad habendam uniformem eatenus Relationem, Tabella hisce annexa, Dioecesanis transmittenda erit, ut singulus illorum, quoad Parochos et Ludimagistros, eorumdemque Subsistentiam, juxta Positiones ibidem deductas, ac praeterea de Stato quoque Ecclesiarum ibidem habitarum Regio isti Nostro Locumtenentiali Consilio exactam mittat Informationem.

Acceptis vero eiusmodi fundatis Notitiis circa illos Parochos, qui et Ecclesiis debitae Instructis, et pro sua etiam Subsistentia mox declaranda, congrua Dote sunt provisi, nihil aliud supererit, quam ut tales

penes id, quod habent relinquuntur, et manuteneantur, ipsi vero Pastorale Munus suum debite ac rite ulterius etiam obeant, nisi ob nimiam Extensionem, Separatio Filialium, cum Emolumentis ibidem habitis, necessaria foret, quo in Casu, iisdem etiam filialibus de Parochio, si haberit possit, peculiari et congrua sustentatione providendum erit.

Congruam autem Dotem Parochi praeter Domum Parochiale, et Fundos eo communiter applicari Solitos, limitari ad Annos 150 flnos: Congrua porro taliter stabilita, tam illis Parochis, qui actu quidem in Parochiis degunt, ex Sedecima nihilominus, aliisque Reditibus suis eiusmodi Congruam non habent, de illo quod deest, ad praedeclaratam Congruam, quam et noviter instituendis Parochis, de horum quoque Subsistentia, ex praerecensita Cassa, in quantum haec suffecerit, providendum, exindeque necesse erit, ut Archi-Diaconi, vel horum Vices-gerentes, adjuncto uno Officiali Comitanti, Reditus Singularum Ecclesiarum Parochialium, juxta Tabellam praeanexam praevie examinent, et cum Terrestribus quoque Dominis et Patronis, de supplendo Defectu agant; Signanter Terrestres Domini, in Locis, ubi de facto jam habentur Parochialis, et Scholae Magistri Domus, Fundique eo communiter applicari Soliti, memoratas Domos, in bono Semper Statu conservabunt, ubi vero nullae eiusmodi Domus et Fundi ad praesens forent excisi, ac exstructae, requisitum et sufficiens pro Parochi Residentia, Scholaeque Magistri Habitatione Spatium, prouti et Agros, aliosque communiter ad tales Domos applicari solitos Fundos, Terrestres Domini excident, et Parochis, nec non Scholae Magistris assignabunt, necessariasque Habitaciones aedificari, et in bono Statu conservari curabunt, Locorum vero Incolae, gratis Terras talismodi excolere, aliosque circa easdem consvetos labores perficere erunt obstricti.

Et siquidem in Exactionibus Proventuum Stolae, variis in Locis graves hucusque commissi fuissent Excessus, Dilectio et Fidelitates Vestrae suum nobis proxime Suppeditabunt et perscribent sensum, an praefata Stolae Exactio, odiosam Religionem absque hoc reddens, si non totaliter tolli, ad Solam Matrimonialem Benedictionem, et funebres Conciones restringi, et limitari possit? praecipue cum Parochi etiam absque eiusmodi Proventuum Exactione, praevio modo Congruam sint habituri Subsistentiam.

His quoad Subsistentiam requisitorum Parochorum dispositis, ubi Parochus de Clero Saeculari, defectu idoneorum Subjectorum haberi non poterit, necesse erit, interimaliter bonos et Exemplares Religiosos, ubi ad manus haberi valent, eatenus applicare: Cumque

ubivis Locorum tam Subito nec Parochiae erigi, nec Parochi institui queant, ne interea etiam temporis, Populus Spirituali Solatio et Servitio destituatur, Dioecesanis Serio injungendum erit, ut ex Religiosis in Regno existentibus, Missionarios instituant, qui potissimum in Locis, ubi Parochus non habetur, adhibita omni Discretione, Populum in fide erudiant, et Sacra-menta Eisdem administrent; Et veluti ad Munus Dioece-sani pertineret, Parochos sibi Subordinatos, quotannis quidem medio Archi-Diaconorum, de tempore vero in tempus, propria etiam in Persona visitare, sicque compertos defectus corrigere, dictos Dioecesanos in eo quoque serio admoneri volumus, ut eiusmodi etiam Strictae Obligationi Suae exacte Satisfaciant, et invigilant, num Parochi concredito iisdem Munere debite ac rite fungantur.

Seminaria porro, unde Parochi accipi debent, quod respicit: cum eorundem Institutio ad Dioecesanos pariter spectet, serio monendi erunt, ut illi quidem, qui de facto jam sua habent Seminaria, ad illa, non in Humanioribus adhuc Scholis subsistentes, verum absolutos Humanistas, imo in quantum fieri poterit, etiam altioribus jam Scientiis imbutos suscipi, inibique illos taliter instrui et institui curent, ut ad Summum intra Quinquennium, ex quo duo quidem Anni pro Philosophia, tres vero pro Theologia, signanter Morali et Controversiis modernis computantur, omnia requisita sua Studia absolvere, sicque sufficienter instructi, ad Curam animarum exmitti possint. Illi autem Dioecesani, qui vel penitus nullum, vel ob Dioecesis suae nimiam amplitudinem, pro illa insufficiens Seminarium haberent, Erectionis et Fundationis requisiti, in Singula Dioecesi Seminarii, utque in illo proportionatus Alumnorum Numerus, non longioris temporis, quam ad Summum praenotati Quinquennii decursu, medio peculiarium etiam Professorum, Dogmaticis Scientiis instituatur, Sedulam curam perferre, imo cuncta taliter disposita, singulus in sua Dioecesi, pro omni posse suo observare, inque effectum deducere tenebuntur. Caeterum veluti in Strigoniensi et Zagrabensi Dioecesibus, cum bono fructu et successu peculiari Statuto mediante, introductum haberetur, ut Praelatis etiam inferiores, valide Super Rebus suis disponere nequeant, nisi effectivam Memoriam in Testamento necessitatum Ecclesiae faciant, ita idipsum universaliter per Regnum in cunctis nempe Dioecesibus Statuendum, eiusmo-dique legata, in augmentum Seminariorum destinanda, et impendenda erunt. Cum porro Inspectionem omnium Seminariorum, Convictuum et Collegiorum pro Hungaria, et Partibus Ei annexis fundatorum, et cum

exactione Rationum, utrum Fundationi satisfiat? Investigationem, tenore etiam Articulorum 74. 1715. et 70. 1723. Nobis benigne reservaverimus, sicuti Contextu Articuli 21. 1729. modernum Episcopum Zagrabensem, quoad suam Diocesim, ad faciendam talismodi Inspectionem et Investigationem specialiter delegassemus, ita etiam Hungariae Archi-Epis copis, et Episcopis, quoad ipsorum Dioeceses, et in illis habita Seminaria, Collegia et Convictus, hisce parem Delegationem facientes, Iisdem serio praecipimus, quatenus singulus illorum, statum Seminariorum, Collegiorum, et Convictuum in Dioecesi sua habitorum, et an Fundatorum Mens, et quousque sit, vel non sit impleta, tam pro praesenti, quam et praeteritis Decem Annis, seu ab Anno 1722. inclusive, sollicite indaget, et disquirat, an tot, quot interteneri saltem valent Subjecta in illis continuo alantur, desuperque Genuinam Relationem Regio isti Nostro Locumtenentiali Consilio de tempore in tempus faciat, imo singulis annis super dictorum Seminariorum et Convictuum Administratione, formiter confectas Rationes, ad inspiciendum illas, memorato isti Nostro Locumtenentiali Consilio exhibeat.

Tandem, ex quo quam maxime conveniat, ut Abbatias et Praeposituras, aliaque Beneficia pro mere Simplicibus de facto habita, in Hungaria tenentes, sive Ecclesiastici, sive Regulares existant, in Bonis ad eiusmodi Beneficia Spectantibus, cum primis Ecclesiastis, et Domos Parochiales condecenter restaurent, ac tam iisdem, quam etiam Parochio de congrua Dote, ex Reditibus Bonorum dictorum Beneficiorum provideant, sique alliis etiam Terrestribus Dominis ea-tenus bono exemplo praebeant, imo ordinarium quoque, in cuius nempe Dioecesi Bona ipsorum Temporalia sunt sita, in fundando vel etiam augmentando Alum-norum Seminario, eo, quod ipsi quoque inde Parochos ad gerendam in antelatis Bonis Animarum Curam sint obtenturi, a Proportione Redituum suorum adjuvent: Igitur et hujus sedula Cura habenda erit.

Et haec sunt quae circa animarum Curam in Hun-garia deinceps in meliorem Ordinem redigendam haç Vice Clementer resolvimus, et Dilectioni ac Fidelitati-bus Vestris intimanda esse duximus. . . . .

In reliquo etc.

Datum in civitate nostra Vienna Austriae Die 7. mensis Martii Anno Dni 1733.

CAROLUS m. p.

Comes Ludovicus de Batthyán m. p.

Petrus Végh m. p.

## IX.

A m. kir. cancellariának legfelsőbb elhatározással ellátott előterjesztése 1769. január 20-áról 64. szám alatt a várerődítési segélynek pápai bulla nélkül is leendő befizetése iránt. \*)

Ad sacratissimam Maiestatem Humillima Propositio. In Ordine ad Benignum Billietum, ut Subsidium Ecclesiasticum absque ulteriori Indultu Papali imposterum per Quinquennium a 1-a Januarii 1768 exigatur, exhibita in qua, qua ratione hactenus in negotio processum fuerit, humillime declaratur, ac Rescripti ad Dioecesanos expediendi Projectum suae Majestati substernitur. Introscriptae Cancellariae Reg. Hung. Aul.

Sacratissima Majestas! Ex Tenore Clementissimi hic advoluti Manualis in omni Submissione intellexit obsequentissima Cancellaria ista Hungarico Aulica, Majestatem Vestram Sacratissimam benigne decrevisse, quo imposterum in Universis Maiestatis Vestrae Germanicis Provinceis, ac etiam Regno Hungariae Subsidium Ecclesiasticum in ea, qua hactenus percipiebatur, annua Rata absque ulteriori quopiam Indultu, et Concessione Papali per quinquennium a 1-a Januarii 1768 computandum exigatur, atque hunc in Effectum apud Episcopos Dioecesanos ea cum declaratione opportuna disponantur, ut nempe hi, tum propriam, cum et aliis in Gremio Dioecesium suarum Titulo Subsidii Ecclesiastici incumbentem Ratam, solvant, et respective dependi faciant, ne secus Subsidium hoc alia etiam ratione repartiri, et incassari oporteat. — Sacra Majestas! Evolutis in merito Subsidii Ecclesiastici Antecedaneis Actis Obsequentissima Cancellaria ista Hungarico-Aulica comperit. Anno adhuc 1719 Regnante eorum gloriosae Memoriae Imperatore et Rege Carolo Sexto de

annuo quodam pecuniario Subsidio pro Fortalitiorum Reparatione, et Conservatione ad Aerarium Regium paulo ante praecedente Bello Turcico nimium exhaustum per Clerum Regni Hungariae De cursu aliquot Annorum praestando actum, hacve ex ratione Supremo Nomine Regio Archi-Episcopo Colocensi commissum extitisce, ut Is Clerum convocet, et Occasione Congressus de pendendo huiusmodi Subsidio cum eodem tractet; in sequelam huius Anno Subsequo 1720 Clerus in Diem 28-am Aprilis convocatus in unum comparuit, ast facta sibi de pendendo ut praemissum est, Annuo Subsidio Propositione, Idem Clerus hanc (quae praesentibus advolvitur) in omni Subjectione fecerat in Obversum demissam Repraesentationem, quae in Substantia habet, quod praetermissis Constitutionibus Canonicis de Immunitate Ecclesiastica disserentibus, etiam Patriae Leges Regio Assensu roboratae ac in Repraesentatione citatae quoad similes Dacias, et casu necessitatibus ita ferente, particulares Contributiones modum, et Tempus praescrabant, porro Clero, qui primus Regni Status est, separatim absque Diaeta de similibus tractare liberum non sit, imo Leges publicae taliter prout de earum Intellectu Diaetaliter Conventum fuerit, observandae veniant; proinde Negotium petiti Subsidii prout ex his ad Regni Diaetam pertinet, ita eorum illud relegari demisse flagitavit. Quo facto substitutus Res tantisper, Ipse autem Piae Memoriae Imperator motus procul dubio precibus, et Rationibus a Parte Cleri re-

\*) I. Lipót király 1701. ápril 9-én kibocsátott oklevelében elhatározza: „Omnia et singula justissimis ideoque glorioissimis armis nostris a Turcarum Tyrannide feliciter recuperata bona, juraque ecclesiastica legitime edocta praesertim vero decimas Deo et eiusdem Ecclesiae Catholice per Hungariam antiquitus cessa et dicata, omnino restituenda, suisque legitimis Praetensoribus, modis tamen et conditionibus subinsertis et harum serie luculenter declaratis reassignanda esse. Ita nimirum ut Primo Omnis generis decimae . . . statim ab insinuatione et publicatione huiuscmodi benignissimae resolutionis resignentur . . . attamen iure praarenditionis Decimaru[m] Fisco nostro Regio ad confinia competente in eventum ulterioris bellicae necessitatis et exigentiae, pro Maiestate nostra per expressum reservato et omnimode salvo permanente; prout non minus Nos ad nostrum desiderium gratuitum ab antelato quoque D. Cardinale a Kollonitz proprio et universi Hungariae

Cleri ecclesiastici et regularis, . . . nomine, tam in aliqualem gratitudinis suaे contestationem et sic dicti juris armorum immensis diuturni huius belli sumptibus ac copiosissima sanguinis profusione, acquisiti recognitionem, quam in vicem præhabiti oneris banderiorum militarium, antehac ingentibus cleri hungarici expensis . . . usitatorum, nunc vero penitus sublatorum, oblatum quasi Lytrum, decimas nempe decimaru[m] cuiuscunque generis frumenti . . . ab omnibus et singulis . . . cleri membris, eo quod non minus omnes et singuli securitate tranquillitateque; Regni publica gloriosis armis nostris stabilita gaudent, quamdui necessitas fortalitia et milites intertenendi exposcit (salva tamen abinde prius separanda consveta sedecima pro parochorum intentione deputata) annuatim præstandarum benigne acceptavimus adeo, ut ab hac universalis granorum decimalium decimae partis subsidiaria præstatione nullus omnino sit eximendus” etc.

praesentatis, dum nec per Cohortationes jam fatus Clerus ad assumendam pro tempore praestandi Subsidii Obligationem moveri potuisset: Tandem intuitu obtinendi cuiuspam e Rebus et Bonis Ecclesiarum praesentanei Subsidii apud Summum Pontificem se insinuavit, atque Anno 1725 pro collectando per quinquennium Subsidio Ecclesiastico Specialem etiam Bullam obtinuit, hac deinceps Primati et Archi Episcopo Strigoniensi transmissa, ubi Clerus (ita jubente Summo Principe) Sub Initium Anni 1726 convocatus fuisset, hic Solutionem emensi Subsidii acceptavit, instituta idcirco necessaria Repartitione. Subsequis demum ab inde Temporibus prout Anni, ad quos praestatio Subsidii restringebatur, expirarunt, ita Bullae Pontificiae renovatae, Concursus Cleri usque Annum 1744 celebrati, et hac forma Subsidium Ecclesiasticum praestitum fuit ad praesentia usque tempora perdurans.

Nunc itaque cum Majestas Vestra Sacratissima, diversa ac hucusque fiebat, Modalitate Subsidium Ecclesiasticum imponi, et incassari benigne jubet. Obsequentissima Cancellaria ista Hungarico-Aulica praemeuit, ne Occasione illa, ubi juxta praescriptum supra advoluti clementissimi Manualis Extensio, et Solutio repetiti Subsidii Ecclesiastici, nec non ipsa etiam Repartitio Dioecesanis imponetur, Clerus Regni Hungariae similes, iis, quas anno adhuc 1720 opposuerat, difficultates in humilitate obmotura et propositura sit, et profecto optasset eadem Cancellaria, si Majestas Vestra Sacratissima penes Bullam Pontificiam modo

hactenus recepto Subsidio eiusmodi Ecclesiastico uti clementer dignata fuisse. In his igitur Circumstantiis obsequentissima Cancellaria ista Hungarico-Aulica stricti Muneris, jurataeque Fidei suae esse censuit praemissa cumprimis in Omni Submissione declarare, ut taliter sive ea, quae facti sunt, atque prioribus quoque temporibus hoc in Merito intervinerunt, seu vero difficultates illae, quae ex publicanda Majestatis Vestrae Sacratissimae in puncto Subsidii Ecclesiastici nunc elargita clementissima Resolutione obmovendae praevidentur, Majestati Vestrae Sacratissimae notae sint; Quod si tamen his non obstantibus Majestas Vestra elargitae hoc in Merito Benignae Resolutioni suae ultro inhaerere dignabitur, ad eum Casum Obsequentissima Cancellaria ista Hungarico-Aulica Projectum Benigni Rescripti adaptatum, et ad Episcopos expediendum in humilitate hic advolvit, ac una semet Gratiae et Clementiae Caesareo-Regiae demisse substernit. — Majestatis Vestrae Sacratissimae Humillima et obsequentissima Cancellaria Regia Hungarico-Aulica.

Viennae die 20-a Januarii 1769.

Comes Franciscus Eszterházy m. p.

Petrus Végh m. p.

Legfelsőbb elhatározás:

Ea, quae in Projecto rescripti delevi, in Expeditione omittenda sunt, Expeditio ipsa autem matuenda est.

MARIA THERESIA m. p.

## X.

Mária Terézia királynő leirata a m. kir. udvari kamarához a várerődítési egyházi segélynek beszedése iránt 1769. augustus 23-áról.

Maria Theresia Dei Gratia Romanorum Imperatrix vidua, Hungariae, Bohemiae etc. Regina Apostolica, Archi-Dux Austriae etc. etc.

Spectabiles ac Magnifici, Magnifici item et Egregii, Fideles Nobis dilecti!

7-o. Siquidem in ordine quoad ulterius etiam per Clerum Regni Hungariae pro Fortificatorio pendendum Subsidium Ecclesiasticum sub 4-ta adhuc Mensis Februarii anni currentis clementer resolvissemus, ut attactum Subsidium Ecclesiasticum, quod cum exitu anni 1767-mi expiravit, ad alios quinque annos extendendum, et a 1-a Januarii ultimo transacti anni 1768. inchoandum in eadem illa quantitate, prout nimirum proxime expiri-

rans persolutum fuit, per memoratum Clerum Regni Hungariae juxta isthic advolutam repartitionem dependatur, et per ordinarios, singulum videlicet in gremio Dioecesis sua constitutis eatenus Saecularibus Collectoribus, tam a personis propriis, quam vero caeteris in Dioecesi sua constitutis Beneficiatis, secundum eandem repartitionem obveniens quantum pro praeterito 1768 non secus, ac subsequis etiam quatuor annis rite incassetur, taliterque incassatum Fidelitatibus Vestris in tempore administretur, huic autem clementissimae Resolutioni Nostrae Caesareo-Regiae Episcopi Transylvaniensis, Agriensis, Weszprimiensis, Syrmensis, Bosnensis seu Deakovariensis, nec non Magno-Va-

radiensis, et Capitulum Strigoniense semet obsecuturos hactenus jam rescripsissent, dictus autem Magno-Varadiensis Episcopus retulisset, quod praeallata ejusmodi quotta pro anno 1768 tam ex parte sua, quam et Dioecesanorum suorum jam quidem incassata habeatur, ob defectum tamen occasionis Fidelitatibus Vestris transponi nequiverit, ac utut ad tollendum hocce incommodum apud Magnovaradiense Salis officium deponendum disposuerit, quo taliter cum reliquis cameralibus pecuniis ad Fidelitates Vestras deferri potuisset, ab eodem nihilominus Salis officio ex eo, quod nullis ad id ordinibus a sua competentia provisus fuerit, acceptata haud fuerit.

Ideo penes praemissorum significationem benigne committendum esse duximus Fidelitatibus Vestris, quatenus eas actutum dispositiones facere noverint, ut in proximis cujuslibet Dioecesis officiis Cameralibus, si

ad eadem subsidiariam ejusmodi quottam Ecclesiasticam deferri contigerit, erga interimalem Collectori pecuniam talismodi adferenti dandam quietantiam acceptare, et cum caeteris cameralibus pecuniis Fidelitatibus Vestris transponere, ac super transpositis quietantiam cum attacta interimali permutandam accipere debeant: de ejusmodi autem successive influxuris pecuniis de tempore in tempus genuinam illico Nobis facturae sunt eaedem Fidelitates Vestrae relationem. Nam in eo satisfiet benignae Voluntati, ac Menti Nostrae. Dabantur in Civitate Nostra Viennae die 23-a Augusti, anno 1769-o Regnorum Nostrorum vigesimo nono.

MARIA THERESIA m. p.

P. Comes ab Hatzfeld et Gleichen m. p.

Ad mandatum Sacrae Caeso-Rae. Apost. Mattis proprium

Jos. Ign. de Marburg m. p.

## XI.

Mária Terézia királynő leirata a m. kir. udvari kamarához a főpapok által a lelkészi pénztár javára és a várerődítési segély fejében fizetendő járulék, a székes-fehérvári

custodiatus s pécsváradi apátság jövedelmeinek rendeltetése s a. t. iránt 1769.

september 9-éről.

Spectabiles ac Magnifici, Magnifici item, et Egregii, Fideles Nobis dilecti! Benigne Significamus Fidelitatibus Vestris, Nobis intuitu subsidi per Clerum Regni Hungariae tam ad cassam Parochorum, quam et pro Fortificatorio praestandi, prout et circa intentionem, et educationem prolium militarium erga suo loco Nobis eatenus depromptam humillimam propositionem, subsequam clementissimam Resolutionem elargiri visum fuisse: et quidem:

Primo. Quod subsidium ad cassam Parochorum pendendum respicit, benigne determinavimus: ut subsidium idem absque exceptione per omnes Archi-Episcopatus, et Episcopatus, nec non beneficia majora à 10 per centum relate ad proventus computando annue praestetur, ad effectum nihilominus benignae hujus Ordinationis Nostrae nonnisi sensim, et successive pro eo nimirum, ac in ejusmodi Episcopatibus, et beneficiis vacantiae enatae fuerint, sequenti modalitate procedatur, ut videlicet moderni Archi- et Episcopi, prout et majoribus beneficiis provisi Clerici penes pro nunc iisdem emensam subsidiū istius quantitatem, vel vero

nefors eatenus habitam immunitatem ad dies vitae suaē adhuc relinquantur, sed mox post fata ipsorum, ubi quippe eadem beneficia legitime vacaverint, statim occasione collationis novis impetrantibus quantum juxta praescriptam 10 per centum desumptionis normam a beneficiis suis obveniens adrepartiatur, et attunc obligatio haec illis quoque Episcopatibus, et beneficiis, quae huic ab hujusce subsidiū praestatione prorsus immunia manserunt, imponatur, et ideo occasione cuiusvis collationis ipsis benignis collationibus eatenus expressa praecautionis inseratur.

Praeterea benigne quidem resolvimus, ut possessionata Capitula et Clastra, ex eo motivo, quod ipsis alioquin Parochiarum suarum Dotatio incumbat, ab hujusce subsidiū praestatione hic, et nunc immunia relinquantur, verum eo haec adstringi volumus, ut obligationi suaē quam exactissime, et inomisso satisfaciant, ac non tantum in bonis suis existentes Parochias sufficienter dotent, et ab hoc vel illo Parocco et beneficiato sensim avulsas possessiones iisdem effective restituant sed etiam, ubi circumstantiae exegerint, novas etiam

Parochias erigant, hasque debite dotent, et requisitos Capellanos adjungant, ac pro exigentia Ludimagistros quoque ubivis constituant, eos denique competentibus salariis rite provideant.

Secundo. Non absimiliter intuitu subsidii Ecclesiastici pro Fortificatorio benigne resolvimus, ut hoc quoque subsidium deinceps in 10 per centum relate ad annuos reditus dependatur, sed in effectuatione hujusce clementissimae Resolutionis Nostrae inter Episcopatus, et beneficia majora a Regia Collatione Nostra pendentia, nec non inter Capitula et Clastra sequens discrimen adhibeatur, ut videlicet quoad omnes Episcopatus, et majora beneficia Ecclesiastica indiscriminatim haec regula observetur, quo omnes moderni Episcopi, et ejusmodi beneficiati penes modernam hujusce subsidii praestationis normam usque dies vitae relinquuntur, quamprimum vero alicubi vacantia enata fuerit, mox, ac alia collatio subsecuta fuerit, sine exceptione neo impetranti quantum subsidii istius a 10 per centum adjiciatur, ac eatenus in ipsis etiam benignis Collationalibus Nostris positiva praecaution semper ponatur: Unde veluti intuitu vacantis Episcopatus Zagrabiensis jam sub 29-na praeteriti Mensis Augusti clementer ordinavimus, ut utrumque praemissorum subsidiorum, tam quippe illud ad cassam Parochorum, quam et hoc pro Fortificatorio a proventibus ejusdem Episcopatus in singillativis 10 per centum tempore vacatura per Fiscum persolvatur, ita eadem benignam Ordinationem Nostram hisce denuo reiteramus, simulque mandamus, ut a proventibus perinde nunc vacantis Archi-Episcopatus Strigoniensis praemissa duplicitis ordinis subsidia aeque a 10 per centum singillative intelligendo, tempore vacatura per Fiscum dependantur, idque quoad reliqua etiam Ecclesiastica beneficia pro ratione, ac eadem vacare, et sub administrationem Cameralem deviri contingat, pari modo observetur. Capitula e contra et Clastra in ordine quoad subsidium pro Fortificatorio tractanda adhuc sunt juxta benignam Resolutionem Nostram sub 23-a Augusti anni currentis Fidelitatibus Vestris elargitam praestationem hujusce subsidii ad quinquennium regulantem, post effluxum attamen huius quinquennii haec quoque praemissae ideae subjicienda et ad annuam praestationem 10 per centum a proventibus suis pariformiter adstringenda venient: quia interim nec, quae ab his, neque, quae ab Episcopatibus, et beneficiis majoribus quota hocce titulo pendenda veniet, ob defectum cognitionis reddituum, horumque quovis pene anno accrescentiam et decrescentiam hic et nunc adhuc determinari potest: ideo eatenus ulteriorem benignam Resolutionem No-

stram posterius elargiturae sumus. Quoad Strigoniensem nihilominus Archi-Episcopatum, et Zagrabensem Episcopatum quottam subsidi cum unius, tum alterius ordinis secundum praescriptam Proportionem per Fidelitates Vestras indilate elaborari, Nobisque demisse referri volumus. Quod denique beneficia curata attinet, horum intuitu ea est clementissima voluntas Nostra, ut haec a subsidio ad Fortificatorium in futurum plene immunia maneant, adeoque praestatio etiam illa, quae iis per quinquennium adhuc hoc titulo praescripta habetur, post evolutionem hujus quinquennii simpliciter cesseret.

Tertio et postremo pro fundo educationis et intentionis prolium militarium, ex nunc benigne constituimus, et denominamus vacantem Custodiatum Albensem cum omnibus suis appertinentiis, prout et insigniorum proventuum Abbatiam Pécsvaradiensem, ubi modernum ejusdem Possessorem fatis fungi evenerit, ea quidem ratione, ut bona praedicti Custodiatus Albensis statim a die receptorum praesentium, Abbatiae vero Pécsvaradiensis mox, ac vacaverit praemissum ad scopum in camerale administrationem sumantur, taliterque continuo administrentur, et proventus eorum ad reliquum pro intentione militarium prolium destinatum fundum, ex quo alioquin in Regno etiam Hungariae degentes militares proles subsidia sua capiunt, hujati Nostrae Camerae aulice de tempore in tempus submittantur, rationes vero pro revisione et censura in fundationalibus constitutae Commissioni hungaricae consignentur.

Quo autem Fundus hujus instituti magis adaugatur, quemadmodum ea est benigna voluntas Nostra, ut universae ejusdem Custodiatus appertinentiae, quas alii possiderent, quantocuyus revindicentur, ita Fidelitatibus Vestris hisce praecipimus, ut exactam omnium per alios possessarum praefati Custodiatus appertinentiarum specificationem Nobis submittere, Nosque de eo, quam procul cum relutione et revindicatione talismodi appertinentiarum hucusque processum sit? genuine informare noverint.

Hac proinde ratione reliqua beneficia Simplicia nullum pro militarium prolium intentione currendi onus manebit, verum benigne volumus, ut eadem superius deductae duplicitis ordinis praestationi à 10 per centum, tam quippe ad cassam Parochorum, quam et pro Fortificatorio in futurum modo praedclarato subjiciantur, atque adeo occasione emersurarum in iisdem vacantiarum beneficia haec non aliter, quam cum mox fatorum Subsidiorum impositione confrantur. Ante collationem autem eiusmodi beneficiorum

id cum primis ex parte camerale expendi volumus, quidnam in loco beneficii non tantum pro meliori instructione curae animarum, sed et constituendis Ludimاغistris, item pro reparatione Ecclesiarum vel ad incrementum Religionis ex proventibus beneficij convertendum fore? veluti enim beneficia similia prius conferre haud volumus, quam ejusmodi necessitatibus rei Spiritualis effective prospectum sit: ita, ut his apprime succurri possit, incumbet Fidelitatibus Vestris de tempore in tempus, tam de necessitatibus hujusmodi, quam postea de ordinationum effectu speciales Repraesentationes Nobis submittere.

Cum demum apud Episcopatum Magno-Varadiensem, (prout constat Fidelitatibus Vestris) ea regula jam introducta habeatur, ut nimirum Episcopus pro mensa sua episcopali quotannis ex redditibus bonorum ejusdem Episcopatus <sup>m.</sup> florenos participet, residuitas vero pro bono curae animarum, cum primis autem ad augmentum Sacrae Unionis convertatur: Hinc quoad huncce Episcopatum benigne determinavimus, ut negotium vita comite moderni Episcopi in statu quo relinquitur, ipso vero fatis functo eadem, quae quoad reliquos

Episcopatus in praecedaneis primis duobus punctis per Nos clementer Statuta habetur, desumendi utriusque subsidiæ à 10 per centum norma hic quoque introducatur, et observetur.

Penes praeductorum proinde intimationem clementer committimus, et mandamus Fidelitatibus Vestris, ut benignam hancce Resolutionem Nostram ad notam Sumere, eidemque in quantum Camerale respicit, semet ex asse et conformare, et, qua in parte immediatum effectum exigit, quo celerius satisfacere, finemque in hunc suis locis disponenda disponere noverint eadem Fidelitates Vestrae. Viennæ die 2-da Septembbris 1769.

Gratia caeteroquin et Clementia Nostra Caesareo-Regia Iisdem benigne jugiterque propensae manemus. Dabantur in Civitate Nostra Viennæ die nona Septembbris anno 1769. Regnum nostrorum 29-o.

MARIA THERESIA m. p.

P. Comes ab Hatzfeld et Gleichen m. p.

Ad Mandatum Sacrae Caeso Regiae Mattis proprium.

Paulus Festetics de Tolna m. p.

## XII.

Mária Terézia királynő leirata a m. kir. helytartótanácschoz 1776. évi január 15-éről 226. szám alatt a schavniki apátság, sághi prépostság, és szegzárdi apátság javainak rendeltetése, az esztergomi érsek által a tanulmányi alapnak, a lelkészi pénztárnak s a nagyszombati convictusnak fizetendő járulékok iránt.

Maria Theresia etc. Serenissime Dux etc. Cum bona Abbatiae de Schavnik et Praepositurae Saghiensis per abolitam Societatem possessa et pro Fundo quidem Studiorum clementer destinata, subinde pro dotatione novorum quorundam Episcopatum et respective Capitulorum una cum Proventibus eorundem a 1-a deflui mensis computandis applicanda, aedificia vero, quae praefata abolita Societas Neosolii et Rosnavie tenebat, pro Residentiis et usu novorum ejusmodi Episcoporum, ac pro re nata etiam habitationibus Capitularium, Ecclesiás porro illic existentes aequo antehac Jesuiticas pro Cathedralibus Ecclesiis convertendas, Residentiam præterea Strigoniensem una cum Ecclesia, absque tamen Scholarum aedificio, pro erigendo vicariatu Strigoniensi applicandam, et in hunc finem Archi-Episcopo et Primiati resignandam, invicem denique supramemoratorum bonorum, ac respective aedificiorum Jesuiticorum Ab-

batiam Sexardiensem Fundo studiorum conferendam, et perinde cum Proventibus a 1-a labentis mensis obvenientibus statui Politico resignandam, ac insuper ad supplementum avulsi Fundi  $\frac{m}{10}$  fl. ex parte Archi-Episcopatus Strigoniensis quotannis ad fundum Studiorum numerandos, præterea ut neo resoluti Episcopi, signanter autem Neosoliensis et Rosnaviensis (cum Scepensiensis Residentiam alioquin paratam in ejate Praepositura habiturus esset) cum adjungendo Ipsis Camerali Architecto ad facies locorum Residentialium, utpote Neosolum et Rosnaviam exeant, illic existentia abolitae societatis aedificia, quae nimirum pro Residentiis Eorundem destinata habentur cum interventu Cameralis, ac Politici quoque Commissarii revideant, et qualiter aedificia haec pro Residentiis Ipsorum, et in quantum Neosolii fieri posset etiam Capitularium habitationibus omni cum parsimonia, et habita convenientis

precise necessitatis ratione adaptari quirent, quantum item pro congrua Residentiarum Episcopalium instructione requireretur, eatenus projectum efforment, illudque subinde una cum delineationibus et in his conformandis sumptuum Projectis Nobis demisse repraesentent, benigne resolvere Nobis visum fuerit, eo adjecto: ut nominatus Primas et Archi-Episcopus Strigoniensis praeter et ultra attackos  $\frac{m}{10}$  fl., ad Fundum Studiorum quotannis dependendos, insuper ad cassam Parochorum ex redditibus suis 8000 fl., pro Convictu autem Regio Archi-Episcopali Tyrnaviensi ex Piseto 5000 fl. velut hactenus Archi-Episcopatui incumbebat, ita dehinc quoque a 1-a deflui mensis annue dependere teneatur.

Hinc Dilectionem et Fidelitates vestras de benigna hujusmodi Resolutione Nostra certiores reddendo, Eisdem una benigne committendum esse duximus, quatenus intuitu memoratorum honorum et respective aedificiorum Jesuiticorum, si et in quantum ex manibus Cameralibus jam recepta fuissent, ad eorundem iterum praevia modalitate resignandorum, Abbatiae vero Sexadiensis inde a 1-a currentis mensis una cum fructibus

a tempore hoc computandis, Statui Politico suo modo tradendae effectum, cum Camera Nostra Regia Hungarico-Aulica velut eatenus in conformitate isthic copialiter adnexi, ad Cameram Nostram Imperialem Aulicam ex parte Cancellariae Nostrae Regiae Hungarico itidem Aulicae dati Insinuati, sua via instruenda, mutuam cointelligentiam fovere et tam semet dirigere, quam etiam neo resolutos Episcopos Neosoliensem et Rosnviensem, ac respective Politicos Commissarios intuitu suscipiendae Revisionis et adaptationis Residentiarum inviare, conformia denique in praemissis suis locis disponere, de effectu autem omnium praemissorum relationem Nobis facere noverint. Quibus in reliquo Gratia et Clementia Nostra Caesareo-Regia benigne jugiterque propensae manemus.

Datum in Archi-Ducali Civitate Nostra Vienna Austriae die 15-a mensis Januarii anno 1776.

MARIA THERESIA m. p.

Comes Franciscus Esterházy m. p.

Ferdinandus Scultety m. p.

### XIII.

Mária Terézia királynő leirata a m. kir. helytartótanácshoz 1780. júnus 2-áról a nagyváradi latin és görög szert. püspökség szabályozása tárgyában.

Maria Theresia etc. Serenissime Dux etc. Quoniam a compluribus annis illud Nobis cumprimis animo insedit: ut Archi et Eppatus in perchoro Nobis Hungariae Regno, Regnisque et provinceis ad Idem pertinentibus partim pro ratione circumstantiarum dividendos, atque plures Episcopales Sedes ex iisdem ita divisus partibus erigendas finem in illum, ut orthodoxa quippe Religio non tantum firmetur, verum etiam celeriori feliciorique Successu propagetur, procuraremus, partim vero ea ratione regularemus, ut relictis pro condescente Episcopi subsistentia sufficientibus annuis redditibus ex illis, quos superfluos censebamus, tam Dioecesanis, quam et aliis quoque ad promovendam orthodoxam Religionem occurrentibus necessitatibus prospiceremus et cuncta ad rectum ordinem unitis cum sede apostolica consiliis collocaremus, prout id Dilectioni et Fidelitatibus vestris e compluribus ejusmodi praeteritis annis per Majestatem nostram factis Regulationibus constare alioquin non ambigimus.

Eodem hoc Cousilio, piissimaque intentione nostra eo inductae sumus: ut Episcopatum etiam M.-Varadiensem, qui benigne per Nos resoluta anno 1776 sub 8-a martii Baronis Adami Patatich ad Archi-Episcopatum Colocensem Translatione in quintum jam annum legitime de jure et de facto vacaverat, quive florentissimus olim, haeretica Subin pravitate, succedentibus variis Bellorum motibus excisus, duobus pene saeculis desertus erat, ac ita demum per gloriosae memoriae Avum et Decessorem nostrum Leopoldum Imperatorem, ac Regem Hungariae postliminio restitutus, verum ab eo inde tempore diversimode regulatus fuit, hac eadem occasione in ordinem redigendum atque certis quibusdam legibus pro futuris quibusvis temporibus defigendum susciperemus.

Paucis etenim ab Episcopatus hujus jure Postliminii facta restitutione annis sub pientissimae memoriae praedecessore ac genitore nostro desideratissimo Carolo sexto imperatore et nominis hujus tertio Hunga-

iae Rege circa annum hujus saeculi trigesimum tertium constitutum fuit, ut e redditibus Bonorum Episcopaliuum 17 florenoru millia pro mensa Episcopali cedant, residui proventus autem in bonum religionis, ac peculiariter Dioecesis M.-Varadiensis, pro ecclesiis videlicet, Parochiis, Scholis et cleri junioris tam Latini, quam graeci Ritus Catholicorum provisione convertantur; Cujus etiam factae dispositionis ad exigentiam iidem proventus praemissum in finem jam ad Cassam parochorum, in bonum promovendae religionis, ex natura sua destinatam, annue inferebantur, jam per ipsum Episcopum erga rationes metropolitani sui Archi-Episcopi Colocensis reddendas, in necessitates Dioecesis convertebantur, jam denique recentioribus temporibus quota  $\frac{m}{34}$  florenorum ab Episcopo in Cassam piam dictam, annue administranda ordinabatur, illo semper principio in alterabiliter permanente, ne videlicet pro mensa Episcopali ultra  $\frac{m}{17}$  florum destinentur, atque hac ratione aliquot sua serie succedentes Episcopi per Sedem etiam Apostolicam confirmati in expeditis eisdem collationibus regulabantur.

Ne proinde haec ultro etiam in incertum fluctuent, et cum medio tempore in Dioecesi hac novus etiam graeco catholicus Episcopatus ejusdem nominis auctoritate quoque romanae sedis canonice erectus, atque pro Dioecesi hac emensa Dos ad fundum Episcopatus hujus, qua prius tam latinum, quam graeci ritus catholicum populum complectens, radicata sit, huic proinde pro stabili aequo providendum fuerit; Idcirco acceptis a Capitulo etiam Varadiensis Ecclesiae Latini Ritus, ejusdemque Sede vacante Vicario Capitulari, Sed et ab Episcopo graeco Catholico debitibus hanc in rem informationibus, quaenam maturo consilio, ac deliberatione praemissis pro jure illo summi patronatus, quod in Ecclesiis hungaricis, in bonum religionis dirigendis ut Rex apostolicus more Majorum nostrorum Serenissimorum Hungariae Regum omni tempore exercemus, pro futura perpetua Episcopatus hujusce Regulatione constituere clementer Nobis visa sint, ex isthic advoluti per Nos subinde forma privilegiali et foundationali expediendi regulativi Episcopatus hujus Instrumenti paribus, cuius dein originale ad Archivum Episcopatus M.-Varadiensis latini Ritus reponendum, authentica vero ejus Transsumpta in dupli exemplari expedita, unum in Archivo Consilii retinendum, alterum autem Episcopo graeco Catholico M.-Varadinensi pro ejusdem Archivo resigandum erit, Eadem Dilectio et Fidelitates vestrae pluribus sunt perspectuae.

Et quemadmodum in eodem omnia, quaecunque ad utriusque Latini videlicet et graeci ritus Catholi-

corum Episcopatus M.-Varadiensis coordinationem, factarum item, et in Episcopatus hujus proventibus majorem partem radicatarum, tam reliquorum duorum graeci ritus Catholicorum Crisiensis et Munkátsiensis Episcopatum in particulari, quam vero in generali pro incremento sacrae unionis, non secus ac aliarum piarum fundationum corroborationem et consolidationem, certamque et stabilem pro futuro horum omnium regulationem pertinere videbantur, complexae sumus; Ita ut haec omnia ad optatum suum finem quamprimum perducantur, Dilectio et Fidelitates vestrae necessaria suis locis mox, eoque celerius disponent, quo magis a kalendis mensis Julii Dominia hujus Episcopatus per Cameram nostram Hungarieam separato modo jam administrantur, omnisque haec quanta Regulatio relate cumprimis ad introsertas assignationes initium suum sumere debuisse; quemadmodum id ipsum Dilectionem et Fidelitates vestras ex alio Sub dato 7-o elapsi mensis Julii ad easdem expedito benigno rescripto intellexisse alioquin non dubitamus. Quem proinde in finem

1. Denominato jam nunc Episcopo M.-Varadiensi Latini Ritus Comiti Ladislao Kollonics, penes benignae hujusce resolutionis nostrae quoad singula puncta, in quantum eundem attinet Intimationem, atque ipsius Instrumenti regulativi communicationem committi clementer volumus, ut relate ad Ecclesiam cathedralem, ut primum fieri potest, omnia secundum novum systema invientur, priora itaque porro quoque retinendorum Ecclesiae servitorum Salaria et conventiones eidem accomodentur, reliqui autem velut dehinc minus necessarii dimittantur.

Instituta porro mox atque Episcopatum suum adiverit, canonica Capituli visitatione, idem ad majorem pro more nonnullorum capitulorum, quae in praestando pro quotidianis Ecclesiae necessitatibus, casibusque fortuitis subsidio etiam in dimidio concurrere conservaverunt, concursum cohortetur. Ipse dein Episcopus cum Capitulo et respective custode, cuius manibus tam emensa e proventibus Episcopilibus Ecclesiae Dos, quam et ejectandum hunc in finem per Capitulum subsidium, erga reddendas superinde rationes consignandum erit, peculiarem curam illius in se assumere teneatur, atque una omnes Ecclesiae necessitates illico ita partiri, atque in ordinem redigere contendat, ut non tantum proventus ejusdem anni illis sufferendis pares sint, verum ultro etiam aliud pro fortuitis casibus, sartisque tectis, ubi majus vitium acciperent, conservandis, annue remaneat, atque pro re nata ad Titulum Dotis Ecclesiae elocetur.

Quod ipsam Ecclesiae Cathedralis fabricam attinet: cum ex Architecti Neumann relatione jam dudum facta appareret, frontispicci muros perpoliendos et incrustandos, pavimentum autem Ecclesiae lapidibus quadratis exponendum restare — organum praeterea, horologium, sedes, aliaque id generis ad internam Ecclesiae Instructionem pertinentia adhuc desiderari, e capitulari autem relatione ante complures menses facta pateret, ultiro benigne postremo resoluta in circa  $\frac{m}{60}$  fl. parum admmodum erogatum haberi, cum porro ab eo inde tempore complures camerales assignationes, per Cameram ad distinctum Ratiocinium assumtae subsecutae essent; insuper autem recensitae per dictum Architectum ad Instructionem Ecclesiae spectantes necessitates, maximam partem effective jam procuratae fide digne referrentur, spe firma tenemur, eandem cum iis, quae serius, uti praemissum est, assignatae fuerunt pecuniarum Summis, eoque, quod conclusis semel Cassae piae rationibus, in eadem ultra omnes necessitates Supermansurum Speratur, integre consummari posse. In quo hoc magis confirmamur, quod pio capituli Zelo, laudabilique munificentia quinque jam altaria erecta numerentur, pluraque adhuc pro decore hujusce per amplae ac magnifica Domus Dei, per Idem praestanda, a singulare ejusdem, Nobisque optime noto pietatis fervore non temere praestolemur. Non aliud proinde reliquum est, quam ut Capitulum per Episcopum eo invietur: quo rationes Cassae piae quantocius concludantur, conclusaeque submittantur; ut comperta subinde in Cassa existente Summa, Submissaque per Caesareo Regium Architectum ab Hillebrand debite jam sua via instru-  
ctum, super actuali Fabricae Ecclesiae Statu, finali Relatione, ad rationem illius, quod ad ipsius aedificii Ecclesiae consumptionem, plenamve interiorem Ecclesiae Instructionem desiderari adhuc videbitur, necessaria quam primum fieri assignatio, cunctaque ad perfectum quoctius statum perduci valeant. — Eadem autem occasione apud administratorem Cassae piae  $\frac{m}{34}$  fl. in ordine ad Relationem illius in eo, cur ad rationem graeci Ritus Catholicorum ultra emensos  $\frac{m}{10}$  fl. nihil amplius solvere voluerit, submissam, et per Dilectionem, et Fidelitates Vestras sub 2-a mensis Novembbris anni ultimo praeteriti, numeroque 5118. huc repraesentatam disponetur, ut illud etiam, quod praenotatam  $\frac{m}{10}$  fl. Summam exsuperat, pro praeterito usque terminum inchoatae novae Regulationis, pro futuro quaestione alioquin cessante, exsolvatur, interea vero etiam illico sumptuosa aedificiorum Directio dimittenda ordinetur.

Quoad 2-o Episcopalem Residentiam: cum ex ejusdem Architecti Relatione adpareat, totam quantum

Residentiae molem ab aliquot jam annis Imbricibus tectam, exterioremque murorum faciem omnem in partem perpolitam esse; Caeterum ab intus excepta unica aedificii ala quae Templum spectat, et in qua aliquot duntaxat Fornaces, et pavimenta adhuc desiderantur, omne reliquum aedificium necdum pro incolendo accommodatum, sed neque capitales adhuc gradus positos, minus Stabula, aliaque minora aedificia erecta haberi; Ideo sumptuosis hisce aedificiis parte ab una supremam tandem manum imponi, parte vero ab alia futuro Episcopo de aedificio quod incolere commode possit, provisionem fieri cupientes, benigne resolvimus: ut cum pars una Residentiae ita perfecta sit: ut positis gradibus capitalibus, reducta ad statum debitum, Sala, erectis denique stabulis, eadem per novum Episcopum inhabitari posset; Eidem utprimum Episcopatum suum adiverit  $\frac{m}{25}$  fl. e Fundo designato illico ad manus numerentur, quibuscum Idem ponendis magis necessariis aedificiis manum continuo admoveare, Tractumque illum Residentiae ad habitabilem statum collocare queat. De progressu subin horum aedificiorum, non secus et cum praeter et ultra emensos pro mensa Episcopali  $\frac{m}{20}$  flns pro conservandis sartis tectis ea lege 5000 fl. ut quod a necessaria reparatio remanerit, successive in destructionem desideratorum adhuc aedificiorum, nec non plenam Residentiae Episcopalnis Instructionem convertere teneatur, alia praeterea  $\frac{m}{4}$  fl. finem in illum clementer ad placidaverimus: ut ex his incumbenti sibi in Bonis assignandi Dominii Magno-Varadiensis Juris Patronatus, Provisionis quippe Ecclesiarum, Parochiarum, ac Scholarum utriusque Ritus Catholicorum juxta benigne per Nos praescriptam Idaeam, absque ullo Cassae Parochorum subsidio satisfacere teneatur, annuam super eo quid ad effectum benignae hujus dispositionis nostrae egerit, ab Episcopo Informationem exigent, solerterque in eo, qua ratione praescriptis his Obligationibus suis satisfiat, invigilabunt. Porro attributa Episcopo

3. Pro Expensis Consistorialibus per aversionem 1000 fl. Summa, medio illius apud Capitulum M. Varadiense disponent: ut cum Vicarius Capitularis hoc titulo alioquin Beneficium possideat, cohaerentes etiam sumptus absque compensatione aliqua tolerare teneantur, non absimiliter etiam Archi-Diaconis, prout Capitularibus, ita et aliis Consistoriis ex officio interesse obligatis, assignari huic iisdem consveta Diurna in posterum cessare debeant. Capitulo demum

4. Quod e decem Individuis constat, sufficienter, quin largissime dotato, non aliud reliquum est, quam ut in eodem quoque observatus in aliis recens cumpromis erectis Capitulis in uno, et alio Ordo, in quantum

hic needum vigere observaretur, introducatur, ac proinde eidem Episcopo committendum erit, ut ante omnia sibi curae habeat instituendam Capituli sui legali modalitate Visitationem. — Hujus autem occassione imprimis Foundationales ejusdem tam relate ad Stabilitum in iisdem Canonicorum numerum, quam et alia accessoria inspiciat, solerterque omnia investiget, ac super eo demum in quo, in Capitulo hocce rectior ordo induci, aut qualiter Illud piae Fundatoris Menti magis adcommoda ratione regulari valeret, et signanter, an non habita ad annuales ejusdem redditus reflexione numerum Canonicorum, quo plures de Ecclesia, Bono publico, et Relitteraria bene meriti accommodari possint, ab exemplo etiam Capituli Veszprimiensis augeri possit? opinionem suam deprobat. Praeterea cum complures separatas exerceri Oeconomias adverteretur, quae iisdem distentos Canonicos ab incumbentibus sibi muniis non avocare non possunt; Idem Episcopus eum qui hac in parte in aliis, et ultimo quidem in Nittriensi, et Veszprimensi Capitulis per episcopos gravibus de Causis inductus est, modum stabilire, et rem ad communem, quantum fieri potest, Oeconomiam, observatamque alibi Proventus inter se partiendi rationem dirigere satagat. Quia autem, per claros etiam Synodalium Statutorum tenores omnes caeterae in Regno fundatae Ecclesiae, et capitula semet in Omnibus Metropolitano Capitulo conformare tenerentur; Capitulum hoc etiam ad semet eidem in choro Ecclesiastico, aliisve quibusvis Functionibus ad amussim, in quantum Circumstantiae Loci, et temporis admittunt, admodandum inviabitur.

Porro cum Capitula, et Conventus eo pacto a praestatione ad Cassam Parochorum immunitata habeantur, ut provisionem Paroeciarum, Ecclesiarum, et Trivialium Scholarum cum concursu concernentium Communitatum sibi curae habeant, omnes in Capitularibus Bonis existentes Paroeciae, et Scholae etiam Graeci Ritus Catholicorum adcurate conscribendae disponentur, eoque intendetur: ut ubi novae Parochiae fundandae forent, illae e massa Capitulari, cum concursu Communitatum erigantur, Parochique cum 300 fl. Congrua juxta normalem Resolutionem nostram dotentur; Nationales vero Scholae cum requisitis Professoribus, et competenti eorum intentione introducantur, de quo accuratam intra unius anni decursum, ab Episcopo Informationem prae-stolabimur, necessum enim est, ut cum in hac Dioecesi Parochias multas noviter erigendas, alias melius providendas esse Capitulum identidem exposuerit, in Episcopilibus, et Capitularibus Bonis praferenter efficax Exemplum praebeatur.

Capitulo Demum in Relatione sua cetera inter id

exponente, quod hac aestate septem Capitulares Domus incoli valebunt, reliquae autem tres post effluxum primum aliquot annorum parandae sint. Episcopo id quoque investigandum incumbet, an non iis, quae actu jam existunt, et per amplae esse referuntur, pro primis Capituli membris, relictis pro reliquis minores, requisitis attamen commoditatibus instructae domus erigi, siveque benigna intentio nostra, ut Capitulum totum quo citius ad viciniam cathedralis Ecclesiae transferatur, adimpleri queat ac una superflui sumtus in erectionem tam amplarum domum impendendi, potius in erectionem Parochiarum et scholarum, nec non Ecclesiarum in bonis cum primis Capitularibus convertantur. Et quamvis Capitulum loco authentico optime Prospectum, Archivi nempe diligentissimam curam haberi, a sigillis clavim semper penes unum e canonicis asservari, protocolla Solerter scribi, proprio etiam notario a Capitulo stipendiato, provisum esse referat; occasione nihilominus visitationis ad id quoque, num Locus hic authenticus iis omnibus, quae lex requirit, instructus sit reflectet, et si quae alia etiam dispositu proficia et necessaria eidem occurrerint, representabit. Relate

5-o ad Provisionem junioris Cleri caetera inter benigne disposuimus: ut idem ex adductis uberius in regulativo Instrumento rationibus, divenditis, quas nunc incolit, seminarii aedibus, colligendoque exinde capitali Massae ejusdem adjecto ad alium Residentiae Episcopalis Tractum, qui hunc in finem a reliquo corpore plene segregandus veniet, transferatur. — Quod proinde aedificium ea ratione pro usibus seminarii accommodandum erit: ut in inferiori Tractu culina cum dispensa, Refectorio, et cubilibus pro familia destinandis, in prima subin contignatione commoda pro praefecto Spirituali, tribus professoribus et deficientibus, quantum fieri poterit, etiam Parochis habitatio aptetur; In secunda vero Locus pro vice praefecto, Musaeis et dormitoriiis praeparetur.

Pro hujusmodi autem aedium harum praemissos in fines aptatione, et accommodatione per aversionem 4000 fl. clementer assignamus, cum quibus magis necessaria pro nunc, quamprimum parari, successu vero temporis e proprio jam Seminarii fundo, accidente etiam, ut nobis benigne pollicemur, Capituli munificentia plene ad perfectum statum poni, perducique valebit. Praevie tamen projectum adaptationis aedificii hujusce fines in praemissos, elaborari, altissimaeque Ratificationi nostrae substerni debet.

Et cum juxta deductum in memorato regulativo Instrumento Calculum proventus Seminarii pro intentione junioris Cleri eo, qui pro Dioecesi hac requiri-

tur numero, non tantum non sufficientes, quin superflui sint; ideo factae hactenus ad rationem illius e Cassa pia assignationi illico finem imponi oportebit; duorum duntaxat philosophiae professorum salariis exceptis, quae usque finem anni scholastici continuari debebunt. Ipsi subin professoribus, cum pro futuro anno scholastico philosophicum studium ex publico adeoque fundi Studiorum sumtibus introducendum sit, ad paroecias suas remittendis, nisi per concursum unum, alterumve in iisdem confirmari contingeret. Quemadmodum autem respectu aliarum Dioecesis benigne dispositum est, ita ex juniore Clero huius Dioecesis 12 Alumnis Varadini remanentibus, 6 numero felioris Talenti Episcopus sequenti Statim anno Budam ad Seminarium Generale disponendos habebit. Id quod et Graeci Ritus catholicorum Episcopo facere integrum erit; cuius junior Clerus in Seminario hoc Latini Ritus aequ distinto tamen ex fundo intertenebitur, cuive diebus Dominicis et festis ad frequentandam Ritus Sui Ecclesiam pro condiscendis ceremoniis indulitus dandus omnino erit.

Denique cum pro majori Seminarii securitate relate ad medietatem possessionis Vásárhely foundationales expediri, si id needum factum fuisset, clementer velimus: Ex eo informatio ab Episcopo exigenda veniet, num jam aliquae expeditae existant, vel minus? una vero apud capitulum medio illius disponetur, ut respectu cessarum per idem Seminario nonnullarum decimarum Instrumentum conficiat, hucque submittat; ut hinc subinde consensus noster Regius superinduci, sicque res tota legalem firmitatem obtinere valeat. Idem demum capitulum eo etiam inviabitur, ut antiquas Seminarii aedes suo tempore quo meliori pretio pro bono ipsius foundationis distrahere satagat.

Postremo autem Stabiliendum deducta in regulativo Instrumento modalitate, Studium Theologicum non tantum systemati Literario accommodari, verum insuper cum Academia regia M-Varadinensi, in qua altiores etiam classes et philosophicum quidem statim, juridicum vero studium suo tempore introducetur, plene uniri, atque a communi Studiorum Directione dependere volumus. In ordine

6-o. Ad petitum Capituli, Nobis occasione Regulationis hujus propositum, ut parochis, qui actu e fundo cassae piae ratam suam participant, singulo adhuc, ut congruam sustentationem sorciantur 100 fl., Vice-Archi-Diaconis autem 200 flni addantur, in Locis porro, ubi Parochi sunt, Ecclesiae, Domusque parochiales, quarum vix aliqua in bono Statu foret, aedificantur, perpenso eo: quod plerique Parochi qui Subsidium e Cassa paro-

chorum participant, in Bonis eorum constituantur, qui patronatus Jure gaudent, ac proinde haec omnia Ipsi met cum concursu communitatum, absque ullo cassae parochorum subsidio praestare debeant. Cum primis id autem praestandum incumbat Episcopo in Bonis suis, cum Is hoc titulo emensos habeat 4000 flnos, non secus et Capitulo, cum haec ea unice de causa a praestatione ad cassam parochorum, ut supra attactum est, immunitatae sint, Vice Archi-Diaconi autem in nulla Dioecesi hoc titulo quidpiam emensum haberent, verum hoc Ipsiis Suo tempore in meritum imputari consvererit, clementer resolvimus, ut

a) Cum tam in Locis nonnullis, ubi jam Parochiae existunt, quam et in iis, ad quae induci primum intenduntur, exiguis admodum catholicarum animarum numerus reperiatur, in illis dumtaxat possessionibus novae deinceps paraeciae stabiliantur, ubi catholici Sufficienti numero reperti fuerint; secus Capellani dumtaxat ad Latus parochorum fundentur, qui in dissitis magis filialibus, erigendisque ibidem capellis, diebus festivis et dominicis divina peragere teneantur, aut vero duae, tresve Missiones, prout id in Honthensi Comitatu complures ante annos felici prorsus successu institutum est, erigantur; pro quibus constituendi Missionarii e Cassa Parochorum interteneantur, quorum dein muneras foret congregando in assignato sibi districtu disperso hinc inde populo catholicō concionari, illasve invisiere possessiones, in quibus exiguo adhuc numero catholicī censerentur, vel ubi lucrum animarum non temere sperari valeret, penes quam provisionem res eousque relinquendae forent, dum catholicus populus ad eum tractu temporis numerum augeretur, ut idmodi filiales, vel Missiones in Matres formalesque erigerent Parochias. His principiis praemissis

b) Antequam ad proponendum alicui parochorum majus subsidium, aut occasione erectionis novae parochiae Congruae ipsius parochi determinationem procedatur, neodenominatus Episcopus mox atque Episcopatum adiverit, adcuratam parochiarum quarumvis et Ecclesiārum in Dioecesi sua existentium conscriptionem peragi curabit, occasione autem suscipienda canonicae visitationis ipsem et cuncta rite investigabit; subin autem reflexe ad principia praemissa opinionem suam depromet, ubinam, quibusve praecipue in Locis bonum religionis, incrementumque orthodoxae fidei exigere videatur, ut existentes jam paraeciae melius dotentur, vel in Locis, quae his huic destituebantur, novae erigantur, aut vero harum loco capellanatus dumtaxat, vel Missiones fundentur, Eadem vero occasione cum concernentibus Patronis et communitatibus (propriis et Capitulari-

bus Bonis, de quibus aliunde quaestio non est, *huc non intellectis*) de fundo, unde necessarii sumtus depromi debeant, concertet, atque illos permovere satagat, ut in-cumbenti sibi ex jure Patronatus obligationi satisfacere, aedificandis, aut reparandis, ubi necesse fuerit, Ecclesiis et Paroeciis continuo manum admovere, ipsis autem Parochis et Ludi magistris competentes, vi emanatae hanc in rem normalis resolutionis fundos assignare pergent. Quo facto demum id, quod adhuc hic, et ibi ad congruam Parochi deesse nefors observabitur, vel ubi plane nullus Patronus adesset, et miserae forent communitates necessario hoc in passu e parochorum et respective Cassa 8500 fl. provisionem omnino fieri oportebit. Porro etiam

c) Memoratae missiones e fundo pro necessitatibus dumtaxat Dioecesis M. Varadinensis destinato interteneri debebunt, Dominisque Terrestribus fundum unice pro exstruenda Missionis domo aut Capella assignare incumbet. Ut autem

d) benigna haec in optimum Religionis orthodoxae directa intentio nostra eo certiorem sortiatur effectum, Episcopus eō adhuc inviandus erit, ut peracta visitatione, Relationem suam hanc in rem illico praestet, et super eo, qua ratione salutaris haec ordinatio successive tam per Ipsumet Episcopum, et Capitulum in Bonis suis, quam et Patronos aut horum in defectu ex eo, qui hunc in finem destinabitur Fundo, effectui dari valeat, opinetur. Pro sufficienti demum

e) occurrentium quarumvis Dioecesanarum necessitatum interimali provisione ex annua 8500 fl. Summa sub titulo Cassae parochorum pro necessitatibus Dioecesanis clementer per nos destinata, ex hac onera etiam hactenus inherentia, puta subsidia Parochorum, Ludimagratorum aliaque in quantum per benignas dispositiones Nostras suapte superata non essent, usque exitum anni labentis exsolventur; subinde autem procedendum erit, declarata immediate praecedenti puncto modalitate ad regulationem parochiarum, aliorumque quae omnia concertanter cum Dilectione et Fidelitatibus vestris, velut hujus quoque Summae erogationis curam habituris, definienda, atque altissima etiam Resolutione nostra pro re nata Superanda erunt.

E quibus suapte intelligent eadem Dilectio et Fidelitates Vestrae negotium etiam filialis possessionis Ér-Adony in Matrem evectionis per easdem sub 2-a novembris anni ultimo praeteriti, numerisque 2970 et 4558 huc repraesentatum, ad hancce Regulationem, depromendamque hujus in conformitate ulteriorem opinionem relegandum venire. Facta Denique

7. Pro deficientibus etiam, iisque, qui ob aetatem

fractasque in cura animarum vires ad muneri suo Satisfaciendum inhabiles sunt, e preventibus Episcopalibus Provisione, non aliud reliquiu est, quam ut Capitulum ad proportionatum aequa parte concursum promoveatur. Jam autem in ordine ad regulationem Cognominis Episcopatus graeci Ritus catholicorum, Dilectionem et Fidelitates Vestras probe meminisse non ambigimus: occasione statim benigne per nos resolutae anno 1776 Erectionis, Secutaeque sedis Apostolicae Canonisationis, quaeque ad Dotationem, necessariamque Coordinationem illius pertinebant, regulata eotum, ac per benignam Resolutionem nostram adprobata, Bullamque pontificiam confirmata exstisset. Pro nunc itaque nihil aliud reliquum censebatur, quam ut pro factis ad rationem illius, et in Episcopatus hujus tam Latinum olim, quam graeci ritus catholicum populum complectentis preventibus radicatis fundationibus certus, stabilisque fundus exassignetur, quaeve praeterea pro incremento Sacrae unionis in Dioecesi ejusdem conferre posse existimarentur, ususque ipso compertum esset, hac potissimum occasione disposerentur.

Et cum relate ad ea, quae Episcopus Graeco catholicus M. Varadinensis in futurum pro Dioecesi sua resolvenda petiit, Capitulum M. Varadinense Latini Ritus suas notanter in eo exhibuerit reflexiones, quod Episcopus quidem destinatam pro Intentione 10 Clericorum Ritus sui 1200 fl. summam quotannis rite semper levaverit, per decursum nihilominus complurium annorum pauciori numero clericos intertenuerit.

Deinde complures sint Paraeciae, quae exiguum unitorum censem numerum, omnibus tamen sine ulla differentia Pensions ad cassam piam assignatae habentur; ex eo recurrens Episcopus, super his audiendus, et quidem quo summani illam, quae postquam minori numero Clericos intertenuit, necessario remanere debebat, converterit. Tum etiam super secundo puncto constituendus unaque apud eundem quemadmodum id respectu Dioecesis latini Ritus factum est, disponendum erit: ut cunctae in Dioecesi sua sui ritus existentes Paroeciae denuo conscribantur, cum Patronis et communitatibus de emetiendis dotationum fundis agetur, demum vero id, quod adhuc ad congruam Parochi defuerit, e Cassa Parochorum suppleatur. Plures Parochiae ubi fieri potuerit, in unum contrahantur, Popis autem ad unionem absque Populo transeuntibus non facile pensio assignetur, una autem eidem intimandum veniet, desideratum pro binis cantoribus M. Varadinensibus Salarii augmentum, singulo 25 flor. ita ut deputata dehinc cessare debeant, applicidatum, pro Fisci vero Consistorii titulo remunerationis 50 fl.,

Notario autem, qui simul protocollistae munus obibit, 130 fl. salarii resolutos haberi.

Et cum pro hujus quoque Dioecesis necessitatibus per aversionem Summam 8500 fln. clementer resolve-rimus ea ratione, ut ex his primum existentibus actu assignationibus satisfiat, reliquum autem in promotionem sacrae unionis conferatur, summa autem haec aequa sub titulo Cassae Parochorum administretur, ac nonnisi erga Dilectionis et Fidelitatum Vestrarum assignationem, dandasve super Expensis Rationes quid-quam exinde erogetur; Ideo necessaria id circa apud dictum Episcopum disponent.

Atque hac occasione ad triplicis ordinis Dilectionis, et Fidelitatum Vestrarum intuitu restaurandae Ecclesiae M. Varadiensis, adaptandaeque pro usu Capitularium Graeci Ritus Catholicorum abolitae societatis Residentiae hue factas sub datis 6-ae Aprilis, 23-ae Septembris et 2-ae Novembris anni proxime praeteriti, Numerisque 941.2261 et 5132. repraesentationes penes remissionem adjacentium Delineationum, et originalium actorum rescribendum duximus, propositum per Eppum graeci Ritus Catholicum M. Varadiensem hoc in passu ultimum Projectum clementer per Nos adprobari, necessaria proinde idcirco apud Eundem disponenda venire.

Et cum occasione Erectionis, ac Regulationis Eppatus graeci r. Catholicorum Munkaciensis, nil certi determinatique pro Dote Ecclesiae Cathedralis defixum fuerit: ex eo titulo cuiuspiam factarum per Eundem in eam Erogationum, bonificationis pro praeterito 2000 fl. eidem resolvimus, pro futuro autem Dotem Ecclesiae Cathedralis Munkaciensis in 1800 fl. ea ratione defigere Nobis visum est, ut Episcopi arbitrio relinquatur, num conferri sibi petitam ad Fundum Studiorum pertinentem possessionem Konezháza, si tamen ob praetensum in eadem pignus, negotium hocce ad effectum inviari poterit, in eruendo post institutam novam illius conscriptionem aestimationali pretio in sortem resolutae Ecclesiae Dotis recipere, et in quantum haec valorem Boni superaret, in parato levare vel vero de tota Dotationis Summa pecuniaria solutione sibi quotannis satisfieri velit. Caeterum casu in priori Fundus Studiorum bonificationem suam ex Capitali radicatae in Proventibus Episcopatus M. Varadiensis attactae 1800 fl. Ecclesiae Dotis rehabiturus esset.

Quod attactas in regulativo Instrumento Camerale anticipations e Capitalibus Fundi Studiorum apud Cameram elocatis, et dehinc ad vires Summae anticipationalis Proventibus Eppatus M. Varadiensis erga 5 procentum Interusuriū radicandis, et assecurandis,

Eidem bonificandas attinet; quemadmodum circa solutas idmodi ex Fundo Studiorum anticipations, pro securitate ejusdem authenticum obligatorium de percipiendis suis ex Episcopatu Interusuriis Instrumentum, cuius projectum hic adnectimus, quamprimum obligatoriae Camerale erga quietantiam ejusdem Camerae traditae, atque Computus eatenus finalis initus fuerit, expediri faciemus, ita de hoc ipso administrator Fundi Studiorum certior reddi debet. — Demum

Attactae in saepe dicto regulativo Instrumento recentius factae assignationes temporales in subsequis Positionibus subsistunt: et quidem

a) Pro consumatione Munkaciensium Episcopalium aedificiorum . . . . .	21,143 fl.
b) Patribus Piaristis Szigethiensibus pro consummandis aequa necessariis Ecclesiae, Scholarum et Collegialis aedificii . . .	24,000 ,
c) Lazareth Posoniensi . . . . .	10,000 ,
d) Neo introducto Soproniensi Capitulo ad rationem erectionis necessariorum aedificiorum . . . . .	4000 ,
e) Consumatione, ac ad habitabilem statum reductione Residentiae Eppalis M. Varadiensis Eppo Latini Ritus consignandi	25,000 ,
f) Adaptatione unius Tractus Residentiae Eppalis pro usibus Seminarii junioris cleri, et Deficientium . . . . .	4000 ,
g) Capitulo Rosnaviensi pro Subsidio comparandarum domorum Canonicalium .	5000 ,
h) Consumatione et Instructione plenaria Cathedralis Ecclesiae Rosnaviensis .	10,000 ,
i) Continuatione Residentiae Episcopalnis Neosoliensis . . . . .	14,000 ,
k) Factarum per Capitulum Neosoliense ultra resolutam pro Erectione Domum suarum 7000 fl. Summam Erogationum compensatione, contractorum idcirco onerum deductione . . . . .	5000 ,
l) Seminario Dioecesis Albensis, pro illis, qui ex Studiis universitatis reduces pro Cura animarum parantur . . . . .	10,000 ,
m) Seminario M. Varadiensi pro relutione 100 org. Lignorum ex Episcopalibus hactenus Bonis suppeditatorum . . . . .	3000 ,
n) Ad rationem factarum per Cameram pro aedificio Seminarii ad sanctam Barbaram Anticipationum in . . . . .	16,600 ,

o) Pro factis per Episcopum Munkacsensem pro Ecclesia Cathedrali nonnullis ex proprio Erogationibus quantum ad praeteritum . . . . . 2000 ,

Quae positiones simul sumptae constituunt . . . . . 153,743 fl. quarum intuitu non aliud reliquum est, quam ut Dilectio et Fidelitates Vestrae de his ex Fundo Camerali persolvendis, eos, quos res concernit, in consequentiam etiam complurium Repraesentationum eatenus Nobis factarum certiores reddant.

Caeterum cum ad rationem harum quoque per Cameram exsolvendarum assignationum, ex elocatis apud eandem Fundi Studiorum capitalibus  $\frac{m}{100}$  fl. sint defalcanda, quae rursum in Episcopalibus Bonis erga 5 procentum interusurum radicabuntur, memoratoque authentico obligatorio Instrumento aequae inserentur, id ipsum quoque dicto Fundi Studiorum administratori intimabunt. Cum autem quinquaginta adhuc, et aliquot millia, nonnullae item eruenda nefors Anticipationes Camerales, nec non Fundi instructi Episcopatum recentius collatorum forte absque Fundo remansurae sint; ideo postquam finalis computus per Dilectionem et Fidelitates Vestras cum Camera initus fuerit, de harum quoque ex quo Fundo Excontentatione benignam Resolutionem nostram elargiemur. —

Et haec sunt, quae ad plenam Episcopatum Latini et Graeci Ritus M.Varadiensium Regulationem et Coordinationem, procurandamque benigne resolutarum successivis temporibus pro Incremento Sacrae unionis, nec non alias etiam pios in fines destinatarum tam perpetuarum, quam temporalium Assignationum securitatem, factarum denique medio tempore notabilium Cameralium anticipationum Bonificationem, disposita per quam necessaria videbantur. — Et cum per praemissas benignas Dispositiones nostras omnia in bonum Religionis, promotionemque, ac incrementum orthodoxae Fidei convertantur, neque quidpiam superflui sit, unde aliquid ad rationem Fortificatorii Cassam praestari queat; ideo Bona haec consequenter et futuros eorundem Possessores ab omni ad fortificatorii Cassam praestanda solutione per praesentes pro immunitatis benigne declaramus: Objecto quottae ad Cassam Parochorum pendendaè alioquin ex natura ipsius praesentis Regulationis, juxta quam omnes superflui Preventus quandamtenus pro Dotatione Cassae Parochorum novis Assignationibus gravatae convertuntur, suapte cessante.

Quanam autem ratione haec in regulativo Instrumento uberioris deducta Onera, ad quatuor Episcopatus hujus Dominia repartiri fecerimus, quaeve unicuique Episcoporum M.Varadiensium ex attributis Eisdem Dominiis, non secus et Cassae Parochorum ex influentibus ad Eandem binorum sub Nomine Episcopatus M.Varadiensis administrandorum Dominiorum preventibus toleranda imposuerimus, e crebro memorato regulativo Instrumento Dilectio et Fidelitates Vestrae pluribus sunt intellecturae.

Ad haec cuivis ad intellectum, et dilucide declarandum, aut re ita ferente pro maturiori discerniculo, scripto innendum erit.

a) Quod ii utriusque sexus, qui professionem nondum elicuerunt, accepta semel pro semper summa 150 fl. intra 4 septimanas claustro excedere debeant, penes quam tamen id, quod ipsis proprium est, aut quod in claustrum secum attulerunt, rursum secum accipere possunt, et ius hoc illis reservatum manet.

b) Presbyteris, aut in eminentiori dignitate constitutis religiosis, prout et monialibus liberum relinquatur, e ditionibus Nris caesareo regiis in peregrina claustra sui ordinis sese conferre et eorum emigrare,

quo in casu literis salvi passus, item viatico, quod longinquitati loci admensurabitur. ab aerario pendendo providebuntur, quin tamen tales ulteriore pensionem obtineant.

c) Qui demum ex hisce ordinibus utriusque sexus in alium religiosum ordinem transire cuperent, ad secundandam horum intentionem mox, ac sese eatenus insinuaverint, annum subsidium in 150 fl., si vero fratres Misericordiae aut Piaristae facti fuerint, unicuique 300 fl., Mulieribus autem, si institutum Elisabethinarum amplectantur, 200 fl. ex camerale dependentur.

d) Aequale secundamen obtenturi sunt ii, qui clerum saecularem nihilominus sufficientibus ad obtinendam saecularisationem nisi fundamentis ingressi fuerint, hi penes titulum mensae nomine Nostro praebendum tamdu annua 300 fl. pensione ab aerario suppeditanda perfruentur, donec obtento quopiam simplici beneficio ulteriore provisionem acceperint; ad curata enim beneficia praeteritis iis, qui ex actuali clero saeculari sunt, non aliter, quam si distinctis omnino qualitatibus praediti essent, applicari volumus. Quoad obtinendam autem votorum ordinis dispensationem ad praescriptam viam nempe ordinarium dioecesanum inviandi sunt, atque hoc ipsum in respectiva correlatione etiam de monialibus intelligendum venit.

e) Iis religiosis viris, qui iuxta ordinis sui regulas Deo in silentio ac ab omni mundano strepitu remoti porro etiam servire cupiunt, liberum equidem manet deinceps etiam iuxta has sine ponendo ipsis ullo obstaculo vivere, debent tamen sibi pro futura sui mansione claustrum aliquod alterius ordinis deligere, cui claustro emensum pro annua intentione subsidium rite semper dependet; in suppressis virorum religiosorum claustris nemini est integrum remanere, nisi quis ita proiectae aetatis, aut adeo debilitatae valetudinis sit, ut ad aliud quodpiam claustrum, aut a suis consanguineis, vel notis eapropter haud recipere tur, easum in eum, quod talismodi religiosus sine valetudinis sua detimento aliorum transportari possit, omnes hi senes et infirmi in idem claustrum, ubi e pensionibus suis vivent, transponendi erunt, si autem aliquis adeo sit senio, vel infirmitatibus confectus, ut sine discrimine loco moveri nequeat, poterit is in illo, ubi est, claustro permanere; super quibus tamen cunctis relate ad modum, localesque circumstantias Fid. Vrae Nobis demissam suo tempore praestabunt relationem et opinionem.

Quoad Moniales autem: eae professae, quae in alterius ordinis claustrum haud transeunt, poterunt equidem in quopiam ipsis assignando claustro una permanere, de quo tamen, quot videlicet huiusmodi personae praevio modo ultro quoque in communitate victuae sint, quodve iisdem claustrum specifice assignandum foret? aequa in antecessum debita informatio atque opinio nobis pro elargienda eatenus benigna resolutione submittenda erit; his porro Fid. Vrae habita cum ordinario cointelligentia certam vivendi rationem quoad saera non minus, ac profana praescripturae sunt; item superior religiosus per dioecesanum erga rationem habitationem Fid. Vrarum nominandus, atque id ipsum quoad religiosos etiam viros, qui senectutis, aut morborum causa una vivere permittuntur, observandum erit; nominandi taliter superiores, quibus memorati utriusque sexus religiosi debitam partitionem exhibebunt, moribus ipsorum invigilandum, atque una curandum habebunt, ut praescriptae regulae rite obseruantur, tali superiori autem anni 600 fl. emetendi sunt.

f) Iis laicis fratribus, qui in alia claustra haud transeunt, annuos 150 fl. Laicis vero sororibus, quae perinde alterius ordinis claustra haud ingrediuntur, annuos 100 fl., demum Monialibus illis, quae a votis dispensatae ad consanguineos suos sese conferunt, annuos 200 fl. interea, donec in statu caelibe permanent, eiectandos decrevimus, quod ipsum itaque, quin tamen praevie notum reddatur, in emergentibus casibus observandum veniet.

Octavo: Cum administrationem totius huiuscem massae ad suppressa isthaec claustra antea spectantis, omnigena inque eius oeconomiam directionem camerae Nostrae regiae hungarico-aulicae ea ratione concrendam esse decreverimus, ut gubernatio quidem bonorum pari cum reliquis cameralibus, ac fundi studiorum bonis ratione consistat, atque per idem cassae officium omnes horum bonorum et capitalium proventus manipulentur, rationes tamen super perceptionibus, et erogationibus separatim a reliquo camerali fundo, prout etiam cum proventibus fundi literarii constitutum est, tractentur; hinc peculiarem hoc fine administrationis commissionem e gremio camerae Nrae hungae constitutam, atque id una ordinandum duximus, ut eidem commissioni de gremio Fidelitatum vrarum eppus Okolicsányi, ac alter adhuc per easdem denominandus consiliarius intervenire debeat; praesidio commissionis huius, cuius obiectum erit oeconomia eiusdem massae administratio, penes illum relicto, qui alias praesidium eiusdem camerae Nrae regiae hung.-aulicae tenuerit. Qui praeses singula septimana semel, aut negotiis ita expo-

scentibus etiam bis sessiones celebraturus est; protocolla autem, prout id in aliis mixtis commissionibus usu venit, in duplo expedienda, ac via quidem camerali pro disponendorum dispositione, via vero Fid. vrar. ad altissimum notitiae statum nobis submittenda erunt; caeteroquin cum universam hanc massam in commoda religionis, ac reipublicae convertendam benigne constituerimus, suo tempore, dum de massa hac quanam ratione in praestitutos fines dispensanda agetur, curae Nobis erit, ut legalis Fidelitatum Vrar. activitas sarta, tectaque conservetur, atque per easdem de casu in casum demissae opiniones depromantur.

Nono: Eremiculis medio comitatuum, ubi quis eorum degit, iniungendum est, ut ii sine discrimine, aut respectu, an quis eorum ecclesiae qua aedituus, vel quacunque alia ratione serviat, vel minus, intra 14 dies vestem eremiticam in perpetuum deponant, et si se nefors voto obstrinxerunt, eatenus semet ad conscientiae suae directores accipiendi consilii causa convertant, porro fundationes pro ipsis factae casu in eo, ubi illi ut aeditui, aut Ludimagistri quodpiam utile servitium praestant, deinceps etiam ipsis ad dies vitae relinquenda, caeteroquin autem in Sequelam iam elargitorum ordinum in congruum Inventarium referenda, ac via Fid. Vrar. Nobis submittenda, ipsae denique Eremi, velut alia profana aedificia considerandae, et per proprietarios alios in usus convertendae venient; de hac autem altissima ordinatione Nra ipsae etiam liberae, et regiae civitates Nostrae, aliaeque iurisdictiones, in quarum quippe gremio talismodi Eremi reperiuntur, edocendae erunt.

Decimo: Quemadmodum porro omnis Ecclesiae ornatus, et suppellex in quovis isthoc loco in inventa-

rium referri debebit, ita Fid. Vrae habita debita attentione, auditaque praevie ecclesiastica, et saeculari iurisdictione fundatam super id Nobis deponent opinionem, an populatio concernentis loci exposcat, ut in ecclesia aboliti claustrum servitum divinum deinceps etiam continueter, vel minus? ut quippe hac etiam in re ulteriora disponere valeamus; interea autem pro divinis obsequiis per Presbyteros suppressi claustrum ultro tantisper continuandis sumptus necessitati commensurat, suppeditabuntur; conservatio sartorum tectorum non nisi tamen urgentissimae necessitati commensurata de praesenti non minus, ac deinceps ereditibus domusi quin propterea emensa individuorum intentio quidpiam decerpatur, aut in horum defectu ad interim ab aerario Nostro curetur.

Caeterum eam in Fidelitatum Vestiarum perspicacia, ac dexteritate collocamus fiduciam, quod speremus fore, ut eaedem habita cum camera Nostra regia hungarico-aulica velut aequa iam instructa mutua cointelligentia, altissimam hanc iam perspicue explicatam intentiōnem Nram providis dispositionibus pro munere suo ad effectum directurae sint; de quo dum demissam earundem praestolamur suo tempore relationem, una Gratia et clementia Nostra caesareo-regia iisdem benigne, iugiterque propensi manemus. Datum in Archiducali Civitate Nostra Vienna Austriae. Die vigesima sexta mensis januarii, anno domini millesimo septingentesimo octuagesimo secundo.

JOSEPHUS m. p.

Comes Franciscus Eszterházy m. p.

Alexander Pászthory m. p.

## XVIII.

II. József császár leirata a m. kir. helytartótanácschoz 1782. sept. 10-éről  $\frac{5439}{62}$  szám alatt az eltörlött szerzetes rendeknek a lelkészi pénztárhoz csatolt, s a vallás - alap elnevezése alá foglalt tömege s a helytartótanács kebelében egyházi bizottmány szervezése iránt, az egyházi bizottmány ügykörének jegyzékével.

Reverendissime etc. Cum pro supremo munere nostro Regis Apostolici, et summi Juris Patronatus, quod in Universas Ecclesias Dei in percharo Regno nostro Hungariae, Provinciisque adnexis more majorum Nostrorum Gloriosissimorum Regum Hungariae nullo non tempore exercemus, illud nobis cumprimis,

semper cordi fuerit, ut veram Orthodoxam Religionem puram, sartamque conservaremus, et qua licebat ratione, adaugeremus; ad hunc autem Benignae Intentionis nostraee scopum proximius assequendum, nihil magis facere intime convicti simus, quam si ea, quae ad Regimen Ecclesiarum, curam Animarum, et externam Disciplinam

Ecclesiasticam pertinent, ita ordinata et rationibus Status Publici accommodata sint, ut cuncta ad Bonum Orthodoxae Religionis, et ejusdem Status Publici, communemque Populorum Regimini nostro Divinitus concorditorum pacem et Tranquillitatem procurandam tendant.

Et quamvis a Praedecessoribus Nostris Gloriosissimis Regibus Hungariae complura hanc in rem prouidentissime constituta sint, cum primis autem Magnae Memoriae Imperatrix, et Regina Apostolica, Genitrix nostra desideratissima Res Ecclesiarum, et Disciplinae externae peculiari Studio ordinandas suscepit, atque pro meliori earundem Ecclesiarum Regimine procurandaque Animarum cura, Archi et Episcopatus partim regulaverit, partim novos constituerit, porro Dioeceses in Limitibus suis hinc et inde confusas ordinaverit, damnosas nonnullarum Parochiarum extra Limites propriarum Dioecesium sitarum Exemptiones sustulerit, Religiosos Ordines ad certum Numerum restinxerit, et Limites Mendicantium definiri fecerit, complures denique Parochias erexerit, et dotaverit, ac multa alia, quae hic enumerare longum foret, ad eundem regulandae Rei Ecclesiasticae Scopum perfecerit; Quia nihilominus Eadem salutari huic operi immortua, complura adhuc restare comperimus, quae ad Regulationis hujus optime ceptae, plenam Perfectionem pertinere existimavimus; Ideo a feliciter auspicato Regimine nostro multiplices Ordinationes, ad eundem Regulationis Rerum Ecclesiastiarum Scopum tendentes fecimus, quae Fidelitatibus vestris ex iteratis Benignis Rescriptis nostris, successive ad Easdem expeditis, alioquin constant, ac ne fundus pro piis his Institutis, cum primis autem augendarum, et melius dotandarum Parochiarum desit, universam etiam abolitorum Claustrorum Massam eundem in finem clementer contulimus, atque praexistenti Cassae Parochorum adjecimus.

Quia vero ea, quae adhuc ad plenam operis hujus saluberrimi Consummationem spectant, quamprimum effectui dare volumus, multum autem intersit, ut cuncta ordine systematico secundum constabilita certa fixa Principia ad eundem Effectum deducantur, hoc vero per peculiaris commissionis operationem quam optime, et una celerrime obtineri posse, Experientia certum est: Ideo ad Normam illam, secundum quam complures hujusmodi Commissiones ex Gremio Fidelitatum vestrarum huicdum etiam constabilitae habentur ac caeteras inter Commissio Religionis dicta, materias quoque Ecclesiasticas, hucque pertinentes pias Fundationes, nec non objecta Cassae Parochorum tractavit; non velimus autem, ut negotia, quae res Acatholicorum,

ac universim objecta introductae verae Christianae Tolerantiae concernunt, aut fundationes illae, quae striete Ecclesiasticae non sunt, uti Domus Correctoriae, Xenodochiorum, et id genus aliae, nec non illae, quae aliquoquin ad manipulationem Studiorum Commissionis ex Praescripto Systematis Litterarii pertractae sunt: uti seminariorum, Convictuum, et Orphanotrophiorum, aut Congregationum Studiosae juventutis, cum materiis pure Ecclesiasticis, Conservationem videlicet, ac Propagationem Orthodoxae Religionis tantum pro scopo habentibus, commisceantur; Benigne ordinamus, ut separata Commissio, Ecclesiastica dicta, ex Gremio Fidelitatum vestrarum, cui videlicet illi, qui e Clero sunt, cum totidem secularibus Consiliariis, per Praesidem Consilii hujus nostri Regii locumtenentialis denominandis, atque Nobis subinde pro Altissimo Notitiae Statu repraesentandis intersint, quamprimum constituatur, in qua demum unice praespecificatae materiae juxta factam inter referentes Consiliarios earundem Distributionem referantur, et pertractentur.

Ut autem Commissio haec Ecclesiastica eum, qui a nobis intenditur, fructum producat, hanc certis systematicis Principiis tam quoad ordinem manipulandi, quam et operationum suarum objecta munire clementer decrevimus, et quidem:

1-o Ut Commissio haec Ecclesiastica eo meliori Ordine, ac celerius operari valeat, pro eadem unus ex Gremialibus Secretariis pro faciendis expeditionibus, alter vero Actuaris pro protocollis rite ducendis, per Praesidem Consilii hujus Nostri Regii Locumtenentialis, quin tamen ideo praeeexistens Status Personalis augeatur, peculiariter denominandi erunt. Porro

2-o In Protocollo Exhibitorum aequa illud ordinandum erit, ut peculiari Individuo caetera inter id negotii detur, quo exhibita in materiis Ecclesiasticis, undecunque adventura, atque a Praeside praevie praesentanda, ab aliis, adscripto ad Latus ejusdem ly: In Ecclesiasticis: illico secernat, peculiari numero (reservato nihilominus altero etiam currenti ipsius Consilii Actorum) notet, atque ita quodlibet illorum Referenti Consiliario, ad cuius agenda pertinebit, submittat. Non secus

3-o In Registratura Officio illae Dispositiones fiant, ut pro Actis Commissionis hujus Ecclesiasticae peculiaris Locus assignetur, atque illa ita penes separatum Indicem distinctim conserventur, quo illorum, ferente casu, promptus semper usus haberi possit.

4-o Haec ita Systematisata Commissio proinde quavis Hebdomada semel, aut necessitate ferente, plures etiam Sessiones celebrabit, atque in illa cuncta,

quae praecedenti Hebdomada advenierunt, nisi materiae talis Relatio, seu ob necessariam plurium Actorum Combinationem, seu ex alio Incidenti, Praesidi Commissionis per Referentem semper insinuando, differenda sit, exhibita assumat, et cum singuli Referentes vota sua scripto ad Commissionem allaturi sint, Protocollum etiam illico in Ordinem redigatur, atque mundatum Praesidi Consilii Regii locumtenentialis in sequenti Consilio assumendum, exhibeat, quare sessiones hae tali die celebrabuntur, ut inter illas, et Diem Consilii, quo tale Protocollum referetur, minimum biduum pro ejusdem Protocolli Confectione et Purisatione intercedat. Hoc vero Protocollo

5-o In Consilio Relato, in iis materiis, quae pro Benigna Resolutione repraesentandae non erunt, illico Expeditiones adornentur, in reliquis vero a supervenientia eadem Resolutione praestolandum quidem erit, sed ne ob hanc Causam Expeditio hujusmodi negotii diutius adhaereat, Protocollum hoc penes Repraesentationem Fidelitatum vestrarum de hebdomada in hebdomadam cum adnotatione: Protocollum Commissionis Ecclesiasticae Sessionis T. Die T. Mensis T. celebratae, Nobis inomisso submittatur, cui Protocollo non tantum illa, quae pro Benigna Resolutione repraesentanda sunt, verum alia etiam quaecunque seu pro statu Notitiae deservientia, seu illico expedienda inserantur; In Repraesentatione vero Consilii Numeri illi, super quibus positiva Resolutio petitur, peculiariter designentur; Repraesentationibus denique his, ad nos dimittendis, ab Extus semper adjiciatur ly: In Ecclesiasticis Hungaricis. Ne autem

6-o Ullus eatenus oboriatur scrupulus, quae Materiae Ecclesiasticae ad hanc Commissionem Ecclesiasticam inviandae sint? Ideo cunctas illas, in eadem pertractari volumus, quaecunque Ecclesias, et Clerum Romanum, aut Graeco-Catholicum tam saecularem, quam Regularem, hucque pertinentes pias Fundationes; Porro quaecunque in Rebus Ecclesiasticis bonum temporale, rectum Ordinem, et publicam Tranquillitatem, adeoque Disciplinam etiam externam Ecclesiae, et Cultum Divinum externum concernunt, verbo, exceptis unice iis, quae Fidei Dogmata, Administrationem sacramentorum, aut Disciplinam internam Ecclesiae continent. Ut vero materiae hae enucleatius pateant, Schema earundem hicce finem in illum adnectimus, ut illud Protocollo Exhibitorum pro secernendis materiis Ecclesiasticis tradatur, atque juxta idem agenda ipsa per Praesidem Consilii hujus nostri Regii Locumtenentialis inter Consiliarios, Commissioni huic interfuturos, distribuantur; quo quilibet eam, quae sibi data fuerit, agendorum Materiam in nexu melius referre, et systematice

ad praefixum totius hujus Regulationis scopum elaborare valeat. Ex quo Materiarum Schemate

7-o Ubertim jam apparet, quae objecta sint illa, in quibus regulandis, aut inviandis Commissio elaborare debeat, Benignamque Intentionem nostram eo potissimum defigi, ut meliori Rerum Ecclesiasticarum Ordini et curae Animarum per Institutionem, et Regulationem, sicubi adhuc necesse esset, Eppatuum eorumque Accessoriorum, augmentum, item Parochiarum, et illarum sufficientem, proportionatamque Dotationem quam optimè prospiciatur; Abusus vero Religiosorum ordinum, cum primis mendicantium per illorum Restrictionem, et mendicationis, quantum fieri poterit, viresque seu praexistentium penes horum Monasteria piarum Fundationum, aut Fundi Religionarii admiserint, Abolitionem sufferantur, atque his necessitatibus e communi Fundo Religionis et Cassa Parochorum provideatur, et in quantum modernus Fundus Religionis, et Cassae Parochorum pro saluberrimis, et summe necessariis piis his Regulationum Institutis non sufficeret, unde, et qua ratione Augmentum hujus fundi Religionarii ulterioraque subsidia peti possint? prospiciatur; de quo igitur Fidelitates quoque vestrae cum Commissione Ecclesiastica suo Tempore deliberabunt, atque eatenus demissam opinionem suam deproment. Ea vero Regulationum Objecta, quae Disciplinam externam Ecclesiae, et Cultum Divinum externum concernerent, tantisper adhuc, quoad praemissa perficiantur, differre, verum in his occurrentes particulares tantum Excessus successive emendare constituimus. Hoc proinde operationum scopo praefixo

8-o Cum Archi-Episcopatus et Episcopatus predicti Regni Nostri Hungariae, provinciarumque adnexarum, tam relate ad Limites Dioecesanos, quam et internam Dioecesium Ordinationem; utpote circa Cathedrales earum Ecclesias, Chorum Ecclesiasticum, et Cultum Divinum in illis celebrandum, item quoad Cathedralia Capitula, seminaria Junioris Cleri, et Deficientium, aliaque accessoria maxima in Parte jam regulati sint, atque eatenus Solennia Regulationum Diplomata expedita; an autem ulterius in iisdem Regulationibus procedendum, aut novi adhuc Episcopatus erigendi sint? Deliberatio hujus Objecti ad illud Tempus differenda sit, postquam Parochiae, ubi Necessitas fuerit, noviter adiectae, et institutae — atque illarum Regulationis, et Dotations objectum plene elaboratum fuerit, ex quo primum uberioris necessitas Regulationis, aut Divisionis ipsorum Episcopatum elucescat: Ideo hic et nunc Commissione haec Ecclesiastica, atque ipsae etiam Fidelitates vestrae, quoad hoc objectum illud sibi Curae habebunt, ut ea,

quae sub actuali opere sunt, perficiantur; illa vero, quae per supra allegata Regulationum Diplomata constituta sunt, ubi vis accurate ad Effectum deducantur: necessariae igitur Informationes super qualiter effectuatis iisdem Resolutionibus petantur, atque hunc in finem eadem haec Regulativa Diplomata, et penes illa elargitae Normativae Resolutiones suo ordine in Disquisitionem assumentur, et punctatim Circumstantialis informatio de procurato illarum effectu nobis praestetur; non secus in id quoque indagabit eadem Commissio Ecclesiastica, an emanatae huicdum Ecclesiastico-Politicæ Resolutiones in plenum Effectum abiverint, ac eatenus peraeque successivas Relationes Medio Fidelitatum Vestiarum praestabit. Peculiariter autem

9-o Nunc illico in regulandis, et pro ratione Necessitatis augendis Parochiis, constituenda item illarum systematica Dotatione elaboretur, atque Operatio haec vel secundum Comitatus, vel vero Dioeceses suo ordine instituatur; quia vero non dubitamus, conscriptiones universarum Parochiarum noviter erigendarum a Comitatibus jam submissas, atque eatenus Dioecesanos quoque in Conformatitate posterioris Resolutionis ddo 27. Martii et No. 1405 auditos esse; Idecireo his jam habitis atque combinatis quibusvis Circumstantiis, prævie Systematica quaepiam Principia constabilienda erunt, atque ita secundum illa, individuales Regulationes Parochiarum suscipienda; quae Principia potissimum ad sequentia objecta referenda erunt; Videlicet

a) Qualis congrua pro Parochis, et Ludimagistris Trivialium scholarum, qui penes minores Parochias una Cantorum munia in Ecclesiis Parochialibus peragunt, universim constituenda sit, et an non haec ad certas Classes reducenda?

b) Quae Obligationes Juri Patronatus inhaereant, et quidem, quae comparent ad Bona Cameralia, Episcopalia, Capitularia porro Religiosorum ordinum, Bonis provisorum, Seminariorum, Convictuum, Fundi Studiorum, abolitorum Clastrorum, Bona denique ad saeculares Familias pertinentia, facta Reflexione ad varias Normativas quoad praemissa huicdum emanatas Resolutiones, ac ulteriorem procedentis Commissionis Ecclesiasticae, nec non Fidelitatum vestiarum sensum constabilienda sint?

c) Quid a Colonis, et inquilinis, ac universim Ignobilibus pro Parochorum, et praedictorum Cantorum Intertentione systematice præstandum sit, cum haec in Regno Hungariae admodum inaequalia huicdum fuerint, aequum autem videatur, ut pari Parochorum et Cantorum obligatione existente, par sit etiam illorum, Circumstantiis tamen locorum accomodata Intertentio.

d) Quae Idea quoad erigendas novas Parochias, aut jam præexistentes dividendas adoptanda sit? quis numerus animarum? quae Distantia Filialium a Matre? aut quae aliae Circumstantiae Necessitatē hanc erigendae Novae Parochiae, aut veteris dividendae determinare debeant? quoniam in Regno Nostro Hungariae ea est Religionum mixtura, et Locorum peculiares Circumstantiae, ut neque solus numerus Animarum, neque sola Locorum Distantia semper pro certa Idea operationis assumi possit, cum saepe in duobus etiam vicinis Locis ad majorem tamen animarum Numerum in singulis distinctas Parochias erigere necessum sit, pro quibus Casibus certus Animarum Numerus defigendus esset, relate ad introducendum Parochum sine, vel cum, et quot Capellanis curatis; cum porro saepius ob Distantiam Locorum, et impeditam seu montibus, seu Fluvii, et Exundationibus Aquarum communicationem, minor etiam animarum Numerus distinctum Curatum Parochum requirat, pro his Casibus rursus alia certa Principia defigenda essent, quae tamen omnia eo unice tendere debent, ut Populus in Spiritualibus prompte, et commode provideri possit.

Praeter haec pauca, quae hic insinuantur, plura adhuc erunt, quae Commissioni operatura occurront, et ex quibus certa Regulationum Principia constituere poterit. Quare Fidelitates Vestrae Eandem inviabunt, ut præferenter Planum hoc operationis suae elaborent, atque illud Benignae Resolutioni nostrae substernant, quo fiet, ut subsecuta eatenus Benigna Resolutione Nostra citius, ac magis conformibus Ideis in singulis etiam Casibus dein operatura sit. Quia vero

10-o Supra declaravimus B. Intentionem nostram ad reformatos etiam, si qui essent, Religiosorum Ordinum abusus, atque illorum Mendicationem Populam gravem, quantum licet restringendam directam esse: Ideo interea, quoad in Regulatione Parochiarum opera-tura est Commissio, hoc etiam Objectum sibi Curae habebit, atque Praeparatoria eatenus ordinabit; Utpote

a) Etsi defixus huicdum fuerit Numerus ordinum Religiosorum Mendicantium, cum tamen in defigendo hoc numero non tam ad necessariam in Cura animarum Cooperationem, et Cultum Divinum per illos peragendum, quam'etiam ad illorum Individiorum, quae pro Mendicatione, et Capellaniis privatorum magno Numero Necessarii sunt, sit reflexum; Ideo a quolibet Dioecesano ulterior adhuc Circumstantialis Informatio, atque opinio expetenda foret, quot in Dioecesi sua hujus, vel illius ordinis numeret Monasteria? quot sint relate ad cultum Divinum peragendum, facta Reflexione ad Populum Loci, aut Viciniae necessaria? quot numero

Personae? quot actu in privatis Capellaniis applicentur? quot vero Causa pure mendicationis interteneantur. Porro

b) Quodlibet Monasterium quot, et qualia habeat Fundationalia Capitalia? pro legendis Missae Sacrificiis, Litanii, Lampadibus, aut aliis hujusmodi particularium Devotionum Titulis; Quae Capitalia habeant Congregationes, et Confraternitates, quae sub illorum Directione sunt?

c) Quid circiter huicdum ex ipsa Mendicatione Monasterium hujusmodi perceperit? Praeter haec Generalia, si quaepiam alia etiam Commissioni Ecclesiasticae occurserint, quae ad obtinendum praefixum per nos Scopum facerent, illa quoque connotanda forent, ac ita uniformis Tabella cum suis Rubricis conficienda Nobisque pro Altissima Resolutione substernenda, secundum quam praeattactas Informationes omnes Dioecesani aequaliter, praefixo sufficienti Termino, indubie submittant, ac una super eo, quae Summa in Casum tollendae Mendicationis, cui libet Individuo, et pro aliis Ecclesiae, et Monasterii Necessitatibus emetienda foret, opinionem suam quoad singula Monasteria depromant; quia vero

11-o Cuncta haec ad Effectum perduci non poterunt, nisi sufficientes procurentur Fundi Religionarii Proventus, ex quibus necessaria subsidia pro praedeductis piis Finibus in Defectu aliorum Fundorum suppeditari valeant: Ideo peculiariter nunc in eo agendum est, ut Cassa Parochorum et conflati ex massa abolitorum ordinum Religiosorum Proventus in debitum ordinem reducantur; atque quo meliori fieri poterit modo, augeantur. Hinc eadem haec Commissio objecta etiam Cassae Parochorum pertractabit, et si quae ad hujus Regulationem conferre existimaverit, finalem suam opinionem depromet; quod vero

12-o Concernit Administrationem Bonorum abolitorum Religiosorum ordinum, illam quidem tantisper adhuc, quoad nempe unio Consilii Regii Locumtenentialis cum Camera Hungarica plene perficiatur, in priori Provisione relinquimus, eo unice addito, ut protocolla ejusdem Commissionis cum Inscriptione: In Negotiis Fundi Religionarii Hungarici: de Hebdomada in Hebdomadam cum adjecto semper Extractu, Statum Cassae referente, Nobis medio Camerae Nostrae Hungaricae in nomine submittantur; Facta vero unione Administrationem hanc quoque plene in Commissionem Ecclesiasticam transferri volumus, ut per Eandem dein tam Politica, quam et oeconomica objecta in referadas rite separata pertractentur, quem in Casum unus e Gremialibus unitorum Dicasteriorum Consiliarii in oeco-

nomicis Rebus pree caeteris versatus, ad referenda oeconomica haec Fundi Religionarii objecta designabitur.

13-o Quem in Casum dein eadem Commissio Ecclesiastica aequa certa principia Administrationis elaborabit, quae unice eo tendant, ut, quo fieri potest, maiores ex eadem massa Religionis Proventus redeant, qui cum insigni religionis Commode impendantur.

14-o Cum autem plures etiam Fundi sint, qui ad eundem Religionis Fundum pertrahi, atque exinde idem augeri valeat, signanter opus sit, omnium Ecclesiarum, Missarum, Congregationum, et id genus piarum Foundationum Cognitionem habere, quae nonnunquam forte in subsidium curae Animarum, si superfluae sint, pertrahi, et ad Curatos cum remanente obligatione Foundationali transferri valeant: Ideo de his quoque necessarias Informationes a Dioecesanis medio Fidelitatum vestrarum exiget Eadem Commissio Ecclesiastica, quae caeteroquin etiam nihil proprio nomine aget, aut expedit, verum cuncta ad Fidelitates vestrarum, pro quibus haec Elaborata faciet, referet, ab Iisdem dein ultiro pro re nata seu repraesentanda, seu expedienda. Porro

15-o Unita semel Administratione etiam Fundi Religionarii, et Cassae Parochorum, peculiaris in officina Rationaria provisio facienda erit, ut dum rationes revidendae occurrunt, necessaria subjecta semper ad manum sint, quae in his Elaboratis citra remoram applicari possint.

Et haec sunt, quae circa erigendam e Gremio Fidelitatum vestraram peculiarem Commissionem Ecclesiasticam, illiusque tam quoad Ordinem manipulandi, quam et Principia operationis Instructionem rescribenda esse duximus, nihil dubitantes Easdem Fidelitates Vestrarum perspecta uberioris Benignarum harum Intentionum nostrarum utilitate, et cum Bono Religionis, Statusque Publici intimo Nexus omni nisu eo collaboraturas esse, ut is, quem Benigne cupimus, Effectus, indubie consequatur. Quibus in reliquoete. Datum Viennae Austriae Die 10-a Septembris 1782.

JOSEPHUS m. p.

Comes Carolus Pálffy m. p.

Josephus Brunsvík m. p.

Melléklet:

Schema Materiarum ad agenda Commissionis Ecclesiasticae Spectantium.

1-o. Quaequae ad Potestatem legislativam in Ecclesiasticis pertinent, elaborationes proinde normalium in Publico Ecclesiasticis.

2-o. Si quae ex his dilucidari, modificari, aut alterari oporteat.

3-o. Erectionis, divisionis ac dotationis Archi et Episcopatum Negotium, ita etiam, si de eorum abolitione, et respective cum alio Episcopatu unione agatur.

4-o. Objectum Separationis, et abstractionis Parochiarum, et Districtuum a Dioecesibus ordinariorum extraneorum.

5-o. Quaevis cum sede Apostolica intercedentia negotia.

6-o. Objectum ordinate instituendae publicationis Benignarum Resolutionum in Publico-Ecclesiasticis.

7-o. Negotium reservationum aut aliarum E. G. ex Concordatis deductarum Praetensionum sedis Apostolicae.

8-o. Materiae exemptionis a Potestate, et Jurisdictione ordinarii Episcopi.

9-o. Quaestiones circa Testamenti factionem eatusque subsistentia peculiaria pro Clero normalia ac in specie Materia successionis Clericorum et Acquisitionum Ecclesiasticorum.

10-o. Objecta Transpositionis Pecuniarum Romanam, aut ad extraneas Religiosorum aedes.

11-o. Negotium proventuum Pecuniariorum, si quos extranei Dioecesani e Dioecesibus intra ambitum Regni Hungariae Partiumve eidem adnexarum sitis perciperent.

12-o. Negotium Dispensationis Matrimonialis.

13-o. Objecta Quaestionis Juris Patronatus, Dotationis Ecclesiarum, et

14-o. Objecta cassam Parochorum concernentia.

15-o. Quaevis circa substantiam aedium Religiosorum, et Ecclesiasticorum occurrentes materiae, ac in specie:

16-o. Ecclesiarum, Confraternitatum et hujusmodi piarum Fundationum.

17-o. Negotium Regulationis, et Dotationis quarumvis Parochiarum.

18-o. Negotium sublationis quarumvis monasteriorum, quae pro publico minus necessaria videbuntur; reliquorum vero in statu suo Conservationis, quid quid proinde statum eorundem activum et Passivum concernit;

19-o. Objecta sufferendae penitus, aut ad minus restringendae mendicationis.

20-o. Recursus pro Benigne impertiendo Placeto Regio, confirmatione tituli Protonotarii Apostolici etc. etc.

21-o. Materiae spirituales, ut sunt: Dispensaciones, a votis solennibus.

Abusus, qui in re indulgentiarum, variarum Devotionum, Processionum, piarum Peregrinationum, Thaumaturgarum, Iconum, Confraternitatum, Concionum, Benedictionum, et aliis id genus irrepisse observati fuerint.

22-o. Directoriorum Coordinationis negotium.

23-o. Res internam Regularium Ordinum Disciplinam concernentes, quo Dijudicatio Instituti eorundem Institutio ac Instructio perfectae Communitatis, et Provincialium Capitularium statutorum pertinet.

24-o. Causae Irregularitatis, et suspensionis a ministerio, causae item circa Ordinationes.

25-o. Negotia Curam animarum respicientia.

26-o. Negotia Tertiarios, ac id genus Congregations, uti eorum sublationem, reliquosve hac in parte haduc nefors subsistentes abusus concernentia.

27-o. Censurae Ecclesiasticae saecularibus irrogandae.

28-o. Res dijudicationis Statutorum Cathedralium Capitulorum.

29-o. Objecta Beneficia simplicia tangentia.

30-o. Negotium internae Regulationis, et in statu bonae Conservationis quarumvis seminariorum junioris Cleri.

31-o. Res determinacionis Numeri Missae Sacrificiorum habiti ad affluxum tam in loco existentis, quam eorum confluentis e vicinis Possessionibus Populi.

32-o. Objecta Regulationis intranearum Provinciarum, Religiosorum Ordinum in ordine etiam ad sublationem nexus, cum exteris, et confirmationem ordinum Superiorum.

33-o. Negotium recursuum de abusibus Potestatis Ecclesiasticae contra Episcopos, ac Consistoria formandorum.

34-o. Defixionis Numeri Personarum in Claustris.

35-o. Causae Assyli, excommunicationis, et Censurarum Ecclesiasticarum.

36-o. Objectum examinum Religiosorum pro Cura animarum eorundemque accommodationis.

37-o. Objectum praescriptae ad depositionem Professionis Aetatis.

38-o. Negotium Carcerum Claustrialium.

39-o. Particularium Investigationum excessuum, et Disordinum in claustris.

40-o. Negotia Regulationis stolae Parochorum.

41-o. Res administrationis Bonorum abolitorum Religiosorum, utriusque sexus Ordinum.

42-o. Objecta Pensionum eorundem.

43-o. Negotium Proventuum sublatorum ac adhuc nefors sufferendorum claustrorum horumque cum Cassa Parochorum connexionis.

NB. Haec tria postrema post perfectam utriusque Dicasterii Unionem aequa ad agenda praetactae Commissionis Ecclesiasticae pertinebunt.

Exped. Pálffy m. y.

## XIX.

II. József császár leirata 1782. october 7-éről <sup>6792.</sup> <sub>167.</sub> szám alatt a m. kir. helytartótanács-hoz az egyházi javak jövedelmi fölösségeinek a vallás előmozdítására fordítása, a világi és szerzetes papság száma, az egyházi vagyon mennyisége, jövedelmezősége iránt.

Reverendissime etc. Probe meminerint Fdltes Vrae illorum, quae lisdem sub. 10-a septembbris a. c. circa erigendam e Gremio Earundem peculiarem Commissionem Ecclesiasticam, Porro circa eiusdem commissionis futurum manipulationis ordinem, nec non operandi principia clementer rescriptsimus, ac una, quae ad effectum illico procurandum benigne inviavimus; ut nihilominus genuinum systema nostrum, quod in ordinandis his rebus ecclesiasticis nobis praestitimus, luculentius pateat, sequentia adhuc in praemissorum consequentiam Fidibus vris declaranda et respective ad vicinius obtinendum benignae intentionis nostrae scopum committenda duximus: universam vide- licet substantiam ecclesiasticam secundum veram suam originem, et scopum factarum collationum, et fundationum, item iuxta genuinum ecclesiae spiritum aliud non esse, quam patrimonium pro bono salutis animarum promovendo destinatum, cuius individua et communitates ecclesiasticae solum ad vires ipsorum statui convenientis subsistentiae usufructuarii sunt, superflorum vero ab hac congrua subsistentia remanentium proventuum pro praedicto principali scopo dispensationem summo terrae principi, qua supremo ecclesiae tutori, et canonum custodi competere.

Quoniam igitur nos praemiso principio nixi de plenitudine potestatis nostrae regio-apostolicae clementer una ac invariabiliter decernere dignati sumus, ut quemadmodum in universis nostris caesareo regiis haereditariis provinciis germanicis, item etiam in per- charo regno nostro Hungariae, partibusque ei adnexis bonorum, et facultatum ecclesiasticarum proventus, in quantum illi destinatas fundationum erogationes ac congruam condignam, necessariamque cleri intertentionem excedunt, unice promovendae animarum saluti, veroque religionis incremento (citra omne juris nobilitaris, eiusdem regni Hungariae clero in possessionibus suis eidem per leges competentis derogamen, quas praerogativas nos eidem clero, non se- cens ac aliis regni nobilibus sedulo intactas semper be- nigne conservavimus) tanto magis impendantur, quanto minus in dubium vocari potest, quod uti praeattactum

est, cuilibet episcopo, praelatis ac aliis quibuscumque beneficiatis personis ecclesiasticis ipso ss. canonum praescripto obligatio quandam ex proventuum suorum residuo portionem pro ecclesiis annue impendendi aliquaque in elemosynam pro pauperibus convertendi universim alioquin incumbat; ut autem eo certius adaequate hunc in scopum annuae portionis fiat im- pensio, ipsi sub altissimo obtutu nostro regio congruas dcirco dispositiones ordinare, modumque ad imple- dae hujusmodi obligationis pro vero religionis bono, et incremento praescribere, sequaciter praevie ge- genuine informari clementer velimus, quisnam in praesentiarum cleri tam saecularis, quam regularis, in regno Hungariae partibusque ei adnexis numerus? an, et qualis in cura animarum defectus? qualiterve eidem subveniendum? quae universi cleri hungarici bona tam mobilia quam immobilia? quae item erogationes funda- tis usibus, et intentioni cleri destinatae, vel neces- sariae? qui itaque excedentes proventus pro ampli- anda animarum cura ac hujusmodi piis finibus ap- plicandi.

Hinc Fidelitatibus vestris in consequentiam praementionati rescripti nostri normalis sub 10-a retroacti mensis septembbris, et no 5439. ad easdem exarati hisce benigne praecipiendum esse duximus, ut iuxta praedictae determinationis nostrae regiae continentias modum, quo cunctae hae quamprimum exigendae informa- tiones, ultra illas, quas iam in praeattacto rescripto exigendas ordinavimus, genuine haberi possint, nobis actu- tum demisse proponere, hacque occasione ad universas benignas resolutiones nostras regias in materiis publico- ecclesiasticis et religiosis emanatas, ac captas, iam etiam de bonis et proventibus eppatuum, capitalorum et religio- sorum ordinum occasione impositi eis ad cassam parochorum, et alteram fortificatorii praestandi oneris tabellares informationes debite reflectere neverint, quem in finem copiam patentium quoque litterarum earundem informationum praestandardarum intuitu ad haereditarias germanicas provincias nostras expeditarum, ac eisdem adnexarum, quarumvis pro ne- cessariis informationibus deservientium rubricarum pro statu notitiae, et congrua pro ratione peculiaris regni

Hungariae systematis, et circumstantiarum applicatione hicce adnectimus, quod elaboratum demum intra brevissimum, quo fieri poterit temporis spatium altissimae decisioni nostrae regiae humillime substernere, ac interea etiam de non abalienandis bonis et capitalibus pure ecclesiasticis, aut religiosis omnem vigilantiam, et

præcautionem adhibere nullae omnino intermittant. Quibus in reliquo etc.

Datum Viennae Austriae die 7. octobris 1782.

JOSEPHUS m. p.

Comes Franciscus Eszterházy m. p.

Joannes Schmitt m. p.

## XX.

II. József császár leirata a m. kir. helytartótanácschoz 1783. october 24-éről  $\frac{10873}{11202}$  szám  
alatt ezen kormányszék ügyrende, működési köre, személyzete iránt.

Josephus II. Dei Gratia etc.

Reverendissime etc. Quo Regium hocce Locumtle Consilium Nostrum pro ratione auctae, et in Negotiis, et in suae Jurisdictionis ambitu Activitatis in eum collocari valeat Statum, ut cuncta Suae concredita Provinciae Negotia celeriter non minus, ac debite expedire possit; jussimus Altissimo Nostro obtutui cuncta, quae Fidelitates Vestrae Jurisdictione Sua complectuntur, objecta Submitti, Planumque, quod in tractandis illis maxime oportunum censeretur, proponi: quod cum praestitum esset, compare ad Scopum Nobis praestitum Sequentia clementer decrevimus.

1-o. Ut Ecclesiastica quidem Commissio interea Temporis, donec Regulatio Parochiarum, et reliquorum Normativorum Objectorum Ecclesiasticorum perfecta fuerit, omnino Subsistat; praeter hanc vero universae Systematicae Commissiones hacten subsistentes (huc intellecta etiam Politico-Camerali) aboleantur, verum omnia Objecta rite praeparata in pleno Consilio referantur; Nolumus tamen ademptam in eo Praesidi facultatem, ut majoris momenti Negotia Seu per ordinandam præviā Actorum circulationem, Seu vero in Arctiori etiam concertatione Suo Sub Praesidio, aut per se denominando Praeside peculiariter praefigenda Sufficieni cum præparatione, et. Actorum discussione pertractentur, cuius dein Protocollum in pleno Consilio referendum erit.

2-o. Ut Protocollum Currens in Subnexo Plano, quod ipsum Regii hujus Consilii Nostri organisationem continet, uberioris circumscriptum, mox inducatur, atque in haec Negotia vulgaria, neque ullam deposcentia discussionem inserantur.

3-o. Protocollum ipsum formetur ex Votis per Referentes Scripto depromendis, ipsaque celebrati Consilii Die in Protocollo Exhibitorum in unum

colligendis, ac pro approbatione Praesidio exhibendis, talique pacto Protocolli praecedentis Consilii in Pleno Recitatio deinceps cesset.

4-o. Quo vero imposterum illi etiam morae, quae celeriori Negotiorum pertractationi a parte ipsarum Jurisdictionum interjici assolebat, obvietur, per Fidelitates Vestras medio Circularium ad omnes Jurisdictiones, quibuscum Iisdem literarum Commercium intercedit, Supremo Nomine Nostro, Sequentia Sub onere Responseionis explenda, injungentur: ut

a) Ad omnia abinde emanata Decreta, petitae Informationes, Responsa et opiniones a Dato percepti intra Mensis Spatium rite Submittantur; Si tamen

b) Tempus in Decreto Speciatim definitum foret, quamvis illud brevius Mense esset, accurate observandum erit.

c) Et licet nonnulla ejusmodi Negotia occurrere possent, quae intra praefixum Menstruale Tempus ex ante rideri Nequeuntibus rerum Circumstantiis perfici, expeditive nequirent; attamen vel in his Casibus finito Mense, Relatio facienda erit, de his, quando Manus operi admota, quaeve ad Scopum disposita sint? quae in parte effecta? quae adhuc ad plenum Complementum restent? intra quale Tempus a dato Relationis (quod accurate observandum veniet) plene perfici, Submittique poterit; denique, quae Causa morae aut qualia obstacula Menstrualem Progressum impedian? cum Majorem in Modum intersit haec omnia Fidelitatibus Vris constare, quo tam de Causa morae judicare, quam vero de obstaculis removendis, ac facilitando Negotii Successu congrua in Tempore disponere et re exigente Nobis referre, aut Nobis ita jubentibus promptam Informationem praestare possint.

d) Periodicae Relationes, quae sive per Instructionem, sive per aequivalentes eidem Normales Reso-

lutiones praescriptae sunt, statu tempore (non expectata Monitione, aut Ursorio) submittantur; quae omnia a praedictis Regni Jurisdictionibus eo facilius praestari poterunt, cum juxta Novissimam medio Fidelitatum Vestrarum ad omnes Supremos Comites expeditam Intimationem, Congregationes generales Statuum quo-vis Mense; particulares vero Congressus etiam saepius, ita exigentibus rerum et Negotiorum Circumstantiis, celebrari debeant; cui proinde Ordinationi ultro quoque insistendum erit.

5-o. Cum experientia testatum reddiderit, non modicam inde Negotiis Civitatensibus retardationem adferri, quod Civitates a duplice Dicasterio, quorum in his Activitas ad certos fixosque Limites revocari vix potest, dependeant; quo itaque haec etiam publicae Administrationis Pars magis simplex et expeditior reddatur, inutilium Scriptorum compendium fiat, ac peculia haec Nostra, velut promovendo Commerceo, adeoque toti Regno utilissimae Communitates in rectum ordinem adducantur, et stabilitis optimis Principiis juxta idem, Sibique cohaerens Systema gubernantur; Benigne resolvimus, ut cum Civitatensium Negotiorum pars praecipua, nempe Publico-Politica ad Fidelitatum Vestrarum Providentiam alioquin pertineat, etiam Civitatensis Oeconomiae Cura, adeoque omnis illa Negotiorum Civitatensium Pars, quae hucusque per Cameram Nostram Hgeo-Aulicam aut privative, aut mixtim cum Fidelitatibus Vris procurabatur, exceptis proinde judicialibus penes praexistentem Legum provisionem, ultro quoque relictis; hisdem inde a 1-o imminentis Mensis Novembbris Solis pertractanda tradatur.

Quemadmodum itaque in hujus Sequelam medio Benigni Rescripti isthic in Exemplo adjecti, tam ad Cameram Nram Hungarico-Aulicam, quam et Universas Lras Regiasque Cittes Nostras edocemus eo Subjuncto, et Censis Regius deinceps etiam immediate ad Cameram Nostram Hungcam administretur, et Fidelitatibus Vestris cura ejusdem accurate dependendi incumbat; ita ultro adhuc clementer volumus, ut per easdem Systema quodpiam futurae Administrationis Earundem Civitatum, et intrinsecæ earum quoad Publico-Politica, Commercialia, Oeconomicae item Constitutionis, aliaque Earundem providentiae concredita Objecta, quave ratione Influxus Supremorum Comitum et aliorum Magistratalium Comitatus, in cujus Gremio eaedem Liberae Regiaeque Civitates versantur, utilis esse possit, Specifice elaboretur atque altissimæ Resolutioni Nrae Substernatur.

6-o. Quo autem rei etiam Scripturisticae deinceps major, quantum licet, compendium fieri valeat, Sequentes in his Regulas duximus benigne praescribendas.

a) Ut Typi quidem, dum res poscit, porro etiam usus fiat, pro moderandis tamen illius Sumptibus Circulares, quae unam Phyleram Scribendo non excedunt, amplius non imprimantur, verum cum alioquin, si res urgeat, Cancellariae Individua obstricta sint, praeter legales horas ultro etiam operam navare; ideo Similes Circulares extra horas consuetas describenda et in unum collectis, vel bifariam divisis Scriptoribus dictandae erunt.

b) Normale anni 1782. rite observetur; quippe, ut nullus Supplex Libellus, cujus Objectum per inferiorem Instantiam pertractandum veniret, apud Fidelitates Vras acceptetur, nisi eidem Decisum Inferioris Instantiae, ex quo elucescat ipsam praeteritam haud fuisse, adjiciatur.

c) Tituli ad respectivas Jurisdictiones, Dioecesanos, Supremos Comites, Scholarum Directores, non per totum (prout nunc fit) Copertis, ut dici Solet, inscribantur, verum tantum illud Officium, ex cuius nexu cum illo Correspondentia fovetur, exprimatur; Sed et reliqua, quae Superius citato Normali diserte praincipiuntur, dimittendis Circularibus ad usum dirigenda committantur: denique ad vitandas duplices Correspondentias, Decreta ad Curatores Domus Fiduciariae; et Correctoriae, directe expediantur.

d) Et cum Magno Numero ejusmodi Circulares dimitti assolerent, per quas obtenti Honores, Dignitates, ac aliae Privatorum Comoda, ac utilitates resipientes Concessiones publicantur, justum autem foret, ne aerarium nostrum alteri concessi Beneficii, aut Gratiae onere gravetur; hinc benigne constituimus, ut pro istiusmodi Circularibus, aliqua proportionata Taxa per illos, in quorum Beneficium, aut favorem ejusmodi Publicationes fiunt, deponatur, at haec prævie elaboranda, altissimæ Resolutioni Nostræ substernatur.

Constantinopel und Smirna bekanntermassen bestimmte jährliche 2000 fl. dem zu Erhebung derselben bevollmächtigten Hof-Sekretär bei der hiesigen geheimen Hof- und Staats-Kazlei Andre Jassara, künftighin ausgezahlet, das diesortige Universal-Kammeral-Zahlamt aber, von aller weitern Berechnung dieses Kapitals und der hievon abfallenden Zinsen gänzlich befreit werden solle, gleich wie nun Sie königl. Statthalterei die diesfällige Veranlassung der böhmisch österreichischen Hofkanzlei, aus denen hier in Abschrift beiliegenden zwei, an das hiesige Universal Kammeral-Zahlamt und an besagten Jassara erlassenen Decretationen, mit mehrern ersehen wird; als hat Sie hiernach auch das Ihr unterstehende Ofner Cammeral Haupt-Zahlamt, von dieser getroffenen Verfügung zu belehren und ihr die Uebernehmung besagten Kapitals anbefohlenermassen aufzulegen; übrigens aber in Bezug auf diesen Gegenstand sich nach den in mehrerwähnten Hof-Verordnung ddo 4-ten December vorigen Jahres gemachten Anträgen auch künftig zu halten.

Wien den 11. März 1788.

Exp. Pálffy m. p.

### XXX.

Az udvari kamara előterjesztése 1791. május 21-éről 702. szám alatt a főpapi időközi jövedelmeknek ismét a kincstárba szolgáltatása iránt, Ferencz király legfelsőbb elhatározásával ellátva.

Allerunterthänigster Vortrag der Treugehorsamsten Hof-Kammer Min. Banko-Hof. Deput. u. Kommerzehofstelle. Womit die dem Relig.-Fond eingeräumten Intercalar Einkünfte der von der königl. Verleihung abhangenden vacanten geistlichen Pfründen nach Massgabe des Gesetzes dem Aerario wiederum überantwortet werden.

Euer Majestät. Die königl. hung. Hofkammer machet allhier in der Nebenlage die allerunterthänigste Vorstellung, dass zufolge einer allerhöchsten Resolution vom 18-ten November 1783 sämmtliche Einkünfte der erledigten geistlichen Pfründen, die sonst dem höchsten Aerario anheim zufallen hätten, dann zu folge einer anderen vom 7-ten März 1786 die Intercalarrenten auch sonstiger was immer Namen habenden geistlichen Beneficien, an den Religions Fond übertragen worden seien.

Bei Gelegenheit, als im Jahre 1790 sämmtliche Zweige der öffentlichen Verwaltung auf den vorigen gesätmässigen Fuss zurückgestellet wurden, seie zwar die spätere höchste Veranlassung, welche blos die nicht von allerhöchster Verleihung abhangenden Pfründen zum Ziele hatte, wiederrufen, und die Intercalar provenien von solchen Pfründen jenen, die selbe, der hergebrachten Bestimmung gemäss vorher bezogen haben, abermalen überlassen worden.

Da aber zu jener Zeit und auch seit dene wegen der von der allerhöchsten Verleihung abhangenden, und in Absicht auf die Intercalareinkünfte gerade den königl. Fiscum angehenden Beneficien, annoch keine Abänderung getroffen worden, so macht Sie königl. hungarisch. Hofkammer die Anfrage, ob auf den Fall, als ein oder anderes derlei Beneficium in Erledigung kommen sollte, desselben Einkünfte in das höchste Aerarium, oder in den Religions Fond, wie es bisher, zu folge der oberwähnten höchsten Entschliessungen geschah, einzufliessen hätten? und machet zugleich den allergehorsamsten Antrag, dass zumalen alle von andern Privat-Vergebungen abhangenden Pfründen wiederum an ihre vorige Bestimmung zurückgewiesen sind, es billig sei, damit auch der königl. Fiscus in seine Alten und in den Landesgesetzen gegründeten Gerechtsamen wiederum eintreten solle, wobei es ohnehin

nur von Euerer Majestäts höchsten Willen abhienge, derlei Einkünfte erledigter Pfründen entweder auf weltliche oder auch auf fromme Absichten zu verwenden.

Welches Einrathen auch noch jener Umstand unterstütze, dass in allen Kammeralbesitzungen die Ernährung so vielfältiger Seelsorger, Erbauung und Erhaltung der Pfarrhöfe, und sonstiger derlei Auslagen ab Aerario Camerali selbst bestritten, und dadurch der Religions Fond ungemein erleichtert werde, da solches in den Gütern der Privaten dieser Fundus ganz allein zu tragen hätte.

Man hat hierinfalls auch die Meinung der hungarisch. Hofkanzlei vernehmen wollen, welche vermög Ihrer hierzuliegenden Note dahin gehet, dass zumalen der Religions Fond sich immittels nicht vermehret, sondern vielmehr abgenommen hat, und die demselben anklebenden Lasten auch noch vervielfältigt worden seien, so, dass selbe ohne Beihilfe dieser Intercalar-einkünfte nicht würden bestritten werden können; man bei einem Euerer Majestät diessfalls zu machenden Antrag diese Betrachtung nicht ausser Acht lassen soll, da ohnehin die diessfällige Landesdeputation in ihrem Entwurf über die künftige Bestimmung des Religions Fondes zugleich an die Handhabung der königl. Gerechtsamen ihr Augenmerk richten werde.

#### G u t a c h t e n .

Diese treugehorsamste Hof-Stelle erachtet es ihrer aufhabenden Pflicht zu sein, einstimmig mit der Hungarisch. Hofkammer in tiefester Ehrfurcht einzurathen, dass nachdene die Intercalareinkünfte der übrigen von der Privat-Verleihung abhangenden Beneficien schon auf ihre hergebrachte Bestimmung zurückgeföhret worden sind, es der Aufrechthaltung der königl. Gerechtsamen, welche in den Gesetzen des Landes gegründet sind, allerdings viel daran gelegen sei, ohne die weitere Verhandlung dieses Gegenstandes in der Landtags-Deputation abzuwarten, die mitlerweile dem Religions Fond gewidmeten Intercalareinkünfte (als welchem ohnehin die so grosse Wohlthat der Errichtung vieler Gebäude, und Erhaltung der Seelsorger in den Kammeralgütern vom Caali alljährlich zufliest) in das königl. Aerarium umso mehr bei sich ergebenden künftigen Fällen einzehen zu lassen, dass auch solche, nur bei erledigten

Pfründen einflissende ohnedies die von Seite des Religions Fonden zu bestreiten kommende stätte Auslagen nicht aufgebürdet werden könnten. Uibrigens wird es immer von Eurer Majestät allerhöchsten Willen abhangen, selbe aus allerhöchsten Gnaden auch auf fromme Bestimmungen verwenden zu lassen.

Uiber welch allunterthänigsten Antrag man sich die allerhöchste Genehmigung erbittet. Es beruhet jedoch etc. Wien den 21-ten May 1792.

Chotek m. p.

Legfelsőbb elhatározás :

Da bei der im Jahre 1790 erfolgten Zurückstellung der sämmtlichen Zweige der öffentlichen Verwaltung auf den vorigen Fuss die Intercalareinkünfte der von Privatverleihung abhangenden geistlichen Pfründen, Lehen, die solche vorhin bezogen haben,

überlassen worden sind, so kann nichts gerechtigeres und billigeres sein, als dass auch Ich in eben jenes Recht wieder zurückgesetzt werde, welches der Landes-Verfassung und der Gesetzen gemäss alle Meine Vorfahrer und Könige von Hungarn seit undenklichen Zeiten immerhin ausgeübt haben, und wovon der einzige höchstseelige Kaiser Josef Mein Herr Onkel eine freiwillige momentanische Ausnahme gemacht hat. Ich genehmige daher vollkommen das gegründete Einrathen der Hofkammer, und behalte mir vor die künftig ad aerarium einzuziehenden Intercalarproventen aller von Meiner Verleihung abhangenden geistlichen Pfründen zu solchen Nothdurften zu verwenden, die Ich nach Zeit und Umständen für die dringlichsten und allgemein nützlichsten erkennen werde.

FRANZ m. p.

## XXXI.

Udvari rendelet a m. kir. helytartótanácschoz 1794. január 30-áról 975. szám alatt a helytartótanács kebelében az egyházi bizottság visszaállítása iránt, a bizottságban tár-gyalandó világi alapítványi ügyeknek <sup>4537</sup> h. t. t. szám alatt kiadott jegyzékével.

Sacrae etc. bgne intimandum. Posteaquam serenissimus regius princeps, Archi-dux Austriae et regni Hungariae Palatinus in sua, circa commissionem ecclesiasticam horsum submissa representatione, ex adductis rationum motivis, restabilitionem praedictae commissionis iam ab ipsa consilii Locumtenentialis regii institutione praeexistenter, altissimo loco proposuisset, et eadem suae Serenitatis regiae repraesentatio Suae Majestati sacratissimae fine elargiendae bgnae resolutio regiae demisse substrata fuisset: dignata est altefata Sua Mattas ssma elter resolvere, ut memorata commissio non quidem amplius sub nomine religionariae, verum ecclesiasticae commissionis iuxta methodum iam ante annum 1782. usu receptam penes consilium lottle reum ea ratione, priori activitati suae restituatur; ut in eadem dominus cardinalis et regni primas praesidium teneat: negotia vero in antelata commissione pertractanda, per duos ad consilium lottle regium episcopos actu praeexistentes, duos item seculares consiliii huius lottlis rgii consiliarios per praesidem ejusdem consiliii rgii nominandos, ac Suae Matti ssmae praevie ad huc proponendos, referantur.

Caeterum Sua Maiestas Sacratissima in antelata commissione, exceptis negotiis rem religionis evangelicorum, nec non graeci ritus non unitorum concernen-

tibus, prout hactenus, ita in futurum etiam in pleno consilii referendis, non solum illa objecta, quae hactenus in departamento publico ecclesiastico, in ecclesiastico foundationali et in ecclesiasticis Cleri secularis et regularis pertractabantur, sed etiam ea, quae in alio decreto aulico sub hodierno dato et no. 1188. ad consilium lottle reum expedito relate ad administrationem totius fundi religionarii, nec non universarum, tam piarum foundationum secularium, quam confraternitatum et diversorum aedificiorum, ac realitatum praedictum fundum concernentium continentur, atque directioni memoratae restabilitae commissionis ecclesiasticae iussu altissimo concredita sunt, pertractanda, benigne praecipit.

Quae bgnae resolutio regia proinde consilio lottli regio in sequelam superius citati decreti aulici eum in finem nota redditur, ut ad exigentiam eius quamprimum necessaria disponat, et consiliarios seculares ad antelatam commissione ecclesiasticam per praesidem consiliii lottlis rgii denominandos, altissimae ratihabitioni substernat.

Datum in etc. Vienna die 30-a januarii a.D. 1794-to.  
Comes Carolus Pálffy m. p.

Michael Mikos m. p.  
Ad benignum etc. mandatum.  
Alexius Névery m. p.

Departamenti Fundationum Secularium obiecta in gremiali Commissione Ecclesiastica referenda venient Sequentia.

1-o. Administratio oeconomica omnium Bonorum, portionum et realitatum, si quae, seu per Executiones Iudicarias, seu ope Fundationalium, aut Testamentorum, vel quaeunque alia ratione, ad Fundum Secularium Fundationum (in quantum hic per ipsummet Consilium Locumtenentiale immediate administratur) non secus ad fundum Confraternitatum Civilium devolutae sunt, aut deinceps devolventur. — Huc intellectis Rationum etiam oeconomicarum desuper reddendarum obiectis et resultatis — Exarendatione item, aut venditione ciusmodi Bonorum, aut Realitatum: nec non Reparatione et conservatione Aedificiorum.

2-o. Administratio et Securisatio ac Evidentia Fundi Pecuniarii Orphanotrophii Regii Posoniensis; Confraternitatum Civilium, Fundationis  $\frac{m}{20}$  florum Croaticae, in quantum illa pro Cathegoriis Xenodochiorum et Orphanotrophiorum destinata est (tertia Cathegoria nempe Nationalium Scholarum, Commissionis Studiorum Curae relicta) cum annuo statu activo et passivo, per generalem Cassae Praefectoratum exhiberi, et Bano Croatiae submitti solito: Fundationum item Szécsényiano-Kolonicsianae, Sygraianae et Abautinianae. Huc intellectis Rationum etiam pecuniariarum super his Fundationibus reddi consuetarum obiectis et resolutis, incassationeque restantiarum.

3-o. Superinspectio oeconomica Fundi omnium fundationum secularium, sub privatorum legalium curatorum administratione extus constitutarum: ac proinde

a) Tabellae capitalium elocatorum in vim benignae resolutionis doto 16-ae aug. 1793. No. aulico 8784, a respectivis jurisdictionibus exigi consuetae et exinde juxta invitationem consilii r. locumtenentialis sub 24 septembbris 1793 no 22371. emanatam, ab exactoratus officio trimestraliter confici solitum totale.

b) Revisio rationum a privatis eiusmodi administratoribus in forma probante submitti consuetarum.

4-o. Elucubratio novarum fundationum et novorum legatorum permanentium secularis cathegoriae, in vim bgnae resolutionis sub 24-a septembbris 1793. no. 22371. Circulariter publicatae per trimestrales jurisdictionum politicarum relationes, semestralem autem exactoratus tabellam ex iisdem confici solitam, de tempore in tempus procuranda: et fundi eorundem administrationis ac securisationis obiecta eo subintellecto, quod mox, ac in huiusmodi semestralibus exactoratus tabellis commissio ecclesiastica novas quaspiam fundationes factas esse compererit, semet de earundem politica

cura et qualiter ad mentem fundatoris exigenda manipulatione, cum departamento fundationum secularium politico, in pleno consilii referendo, cointelligere beat.

5-o. Inviationes juridicae in praemissis obiectis seu causarum regalium directoratui, seu praefectis honorum, aut administratoribus Fundationum extradandae.

6-o. Exaedificatio Gyrgathi publici, et aliorum connexorum institutorum publicorum (cointelligenter tamen, quantum ad internam regulationem et instructionem cum politico fundationum secularium departamento).

7-o. Conservatio magna provisionariae domus fundlis Pestiensis, eiusque cassae aedilis cura et rationum revisio.

Obiecta departamenti fundationum secularium in pleno consilio referenda.

Primo: Manipulatio et Regulatio interna Orphanotrophii regii Posoniensis, ac aliorum etiam orphanotrophiorum sub legalium administratorum cura constitutorum, uti M. Varadiensis, Ginsiensis et Soproniensium, una cum eo pertinente educatione et institutione iuventutis: — assumptio vel dimissio orphanorum — visitationes periodicae eorundem.

Secundo: Regulatio et manipulatio interna quorumvis Xenodochiorum, Lazarethorum, Ptochotrophiorum seu Pauperum domorum.

Tertio: Regulatio et menti fundatorum conformis manipulatio interna omnium novarum fundationum secularium (cointelligenter tamen, quantum ad fundi administrationem cum commissione ecclesiastica, sicut supra ad punctum 4-um dictum est).

Quarto: Regulatio interna erigendi Gyrgathi publici, et aliorum cum hoc nexorum publicorum institutorum (cointelligenter, quantum ad fundi confraternitatum civilium, ex quo haec instituta erigi deberent, liquidationem, incassationem, et evidentiam, cum commissione ecclesiastica; ut supra ad punctum 2-um et 6-um).

Quinto: Assumptio pauperum ad fundationem Szécsényiano- Kolonicsianam (cointelligenter, quantum ad fundi administrationem cum commissione ecclesiastica, uti ad punctum 2-um).

Sexto: Destinatio seu finalis, seu interimalis magna provisionariae domui fundationali Pestensi danda (cointelligenter, quantum ad aedificii et fundi aedilis curam, cum commissione ecclesiastica, uti supra ad punctum 6-um).

Septimo: Assumptio stipendistarum ad fundationem Sigrayanam (cointelligenter, quantum ad fundi

administrationem, securisationem ac evidentiam, commissione ecclesiastica, uti ad punctum 2-um).

Octavo : Omnia instituti pauperum obiecta.

Nono : Omnia obiecta fundationis defunctae comitissae Jankovicsianae.

Juxta hic deductam obiectorum repartitionis ideam edocendum esset tam protocollum exhibitorum, quam ipsamet commissio ecclesiastica, velut et ii consiliarii,

quibus obiecta fundationum secularium referenda obtingent. Una vero protocollum exhibitorum instruendum veniret, quod departamentum fundationum secularium in pleno referendum, compellari debeat.

„Politicum fundationum secularium departamentum“ illud vero, quod in commissione ecclesiastica referetur — „Oeconomicum fundationum secularium departamentum.“

## XXXII.

Udvari rendelet 1794. január 30-áról 1188. szám alatt a m. kir. helytartótanács kebelében visszaállított egyházi bizottmány működési köre, ügyrende iránt.

Sacrae Caesareae etc. intimandum: Cum benigna resolutio regia circa stabiliendam penes Consilium Locumtenentiale regium Commissionem ecclesiasticam medio alterius decreti aulici aequa sub hodierno dato et Nro 975 expediti, Consilio Locumtenentiali regio intimata jam sit; hinc in sequelam illius quoque decreti aulici, quod eidem relate ad illa objecta, quae altissimam provisionem immediate praerequirebant, inque Repraesentatione Consilii Locumtenentialis regii sub 1-a Mensis Octobris, anni retroacti 1793 Nr. 23959 horsum submissa inter caetera continebantur, sub 14-a praeteriti Mensis Novembri et Anni Nro 12661 abhinc expeditum fuerat; ea etiam, quae Sua Majestas Saeratissima circa futuram coordinationem gremialis Commissionis oeconomiae, pertractandorumque negotiorum manipulationem benigne resolvere dignata est, Consilio huic Locumtenentiali regio sequentibus nota redduntur, et quidem :

Commissione ecclesiastica penes Consilium hoc Locumtenentiale regium secundum usitatam antehac Manipulationis methodum pristinae suae activitati jure quasi postliminii iterum restabilita, suam Mattem Sacram clementer resolvisse, ut quemadmodum Commissioni literariae, circa cuius coordinationem benigna resolutio regia proximius subsecutura est, res omnis oeconomica, et universorum bonorum ad fundum Studiorum pertinentium directio concedenda veniet, ita etiam administratio totius fundi religionarii, nec non fundationum saecularium, et Confraternitatum, et divisorum aedificiorum ac realitatum praedictum fundum religionis concernentium, memoratae commissioni ecclesiasticae ea etiam ex ratione addicatur, quod innegabile sit, in hac Commissione rem etiam oecono-

micam in uno complexu majori cum utilitate praedicti fundi pertractari, occurrentiaque negotia meliori cum successu ruminari posse, dum nempe eadem commissio pro cognitis sibi rerum circumstantiis, ac ipsis quoque occurrentibus necessitatibus praehabitum fundum preventuum suorum immediate dirigere potuerit.

Quem in finem Commissione politico-oeconomica locum haud amplius habitura, ut totum hoc fundi religionis negotium variis mutationibus hucusque obnoxium, in debitum ordinem redigi, et omnes defectus exinde promanantes quo meliori modo corrigi possint, memorata Commissio ecclesiastica his unice curis vacatura praeprimis eo intenta erit, ut constabilita quamprimum activitate sua, non solum de adferendis congruis remediis, introducendoque tum circa accuratam bonorum administrationem, cum vero aliorum preventuum incassationem recto ordine punctatim projectum suum elaboret, illudque Altissimae approbationi substernat, verum de incassandis etiam omnibus praeviis restantiis eas efficaces dispositiones mox faciat, quo fundo religionis alioquin nimis exhausto, per accuratum preventuum influxum de tempore in tempus consulatur.

Caeterum ut praevio modo coordinandae commissioni ecclesiasticae una rem etiam fundi religionis pertractatura Praeses conspicua semper autoritate pollens praesit, Sua Mattas Sacra Praesidium in nunc dicta Commissione tenendum Domino Cardinali et Regni Primati, juxta antiquum, et ab ipso Instituto Consili: Locumtenentialis regii praevigentem usum clementer deferre dignata est.

In quantum autem Consilium Locumtenentiale regium ad punctum 1-um tenore respraesentationis suae sub 1-a Octobris a. p. et Nr. 23499 horum missae

id quoque defigendum censeret, ut praeter objecta fundum Studiorum et religionis tangentia, alii etiam fundi, uti fundationum saecularium et confraternitatum, prout et diversae domus, aedificia, ac realitates fundos foundationales concernentes ad servandam etiam principiorum uniformitatem, et nexus in commissione politico-oeconomica pertractentur, eatenus, ut jam praemissum est, id Suae Matti Sacrae benigne decernere visum est, ut cum dictorum fundorum objecta (commissione politico-oeconomica, uti praemissum est, locum haud habitura) ad Commissionem ecclesiasticam, et respective literariam reincidere debeant, in mox dictis Commissionibus in futurum stabiliter pertractentur.

Ad 2-um merito circa benigne denominandum praesidium plene, ut superius attactum est, jam superato, in reliquo quoad propositionem illam Consilii Locumtenentialis regii, ut praeter duos referentes Consiliarios, etiam Referens Cassae, et vice rationum Magister, prout et secretarii respectivorum Consiliariorum praedictae Commissioni interesse possint, eo minus reflexionem aliquam altissimo loco occurrere, quod priores occasione celebrandarum Commissionum enata, aut quoad statum cassae, aut alia Exactoratum respicientia negotia, quaestione, brevi manu requisitas informationes mox suppeditare possint, hi vero non solum Commissionibus, sed et in pleno celebrandorum Consiliariorum ex ipso instituto sessionibus interesse debeant.

Intuitu autem illorum punctorum, ad quae activitatem et obligationem neo-constabiliendae Commissionis hujus Consilium Locumtenentiale regium reducit, nullam quidem occurrere reflexionem, ex eo tamen incidenti, quod in rubrica omnium illarum obligationum, quae Commissionem hanc mansurae sunt, aedificiorum quoque in bono statu conservandorum, mentio injiciatur, Suam Mattem Sacram benigne preecepisse, ut circa omnia illa aedificia, preecipue claustralicia, quae hinc inde reductis diversis Religiosorum ordinibus sparsim in regno praexistunt, constabilita jam nunc Commissione ecclesiastica, per exmittenda ad id requisita individua, omnia in regno existentia claustralicia aedificia una cum suis accessoriis, et ecclesiis in facie loci adhibitis etiam artis peritis, non solum quoad modernum eorumdem statum omni cum exactitudine revideantur, ast planum etiam, et sumptuum projectum quoad singulum ejusmodi aedificium requisitos suscipienda reparationis sumptus exhibetur, elaboretur, ut dum super ejusmodi peractis revisionibus adnexit documentis fulciendis per respectiva individua relationes exhibitae fuerint, eaedem preevie in preeattacta Com-

missione ecclesiastica oeconomica in ulteriorem discussionem assummi, ac una per eandem super eo quoque deliberari possit, in quos fines, et usus antelata claustralicia aedificia converti possint, ut tandem, ubi Commissionis super omnibus ejusmodi aedificiis specificam informationem comite opinione sua via Consilii Locumtenentialis regii altissimo obtutui subtraverit, de eorumdem aedificiorum futuro Statu eo magis quidpiam altissimo loco determinari possit, quod alioquin indubium sit, quaestionata aedificia ultra quoque sub moderna provisione permanura cum notabili fundi religionis damno in desolationem deventura esse, nisi adhuc in tempore malo huic congruum remedium adferatur.

Caeterum erga propositionem Consilii Locumtenentialis regii intuitu Praefectorum, et Inspectorum fine concertationis ad praedictas Commissiones evocandorum, et pro subversante necessitate, aut majori utilitate aliquorum e gremio Commissionis pro visitandis bonis exmittendorum, eam Sua Mattas Sacrae Consilio huic Locumtenentiali regio invitationem dandam esse jubet, ut cum haec provisio accidentalis, et saltem pro rerum circumstantiis deservire possit, quilibet Praefectus, aut Inspector planum meliorandae oeconomiae, augendorumque proventuum localibus circumstantiis accommodatum, cum exitu cuiuslibet anni Consilio huic Locumtenentiali, in praedicta tamen commissione preevie assumendum, exhibeat, ut illo in uberiorem discussiōnem assumpto, in mutua referentis Praefecti, aut Inspectoris cooperatione certa methodus oeconomiae pro immediate subsequuo anno deservitura, elaborari, defigique possit, juxta quam si alteruter Praefectorum, aut Inspectorum reali cum effectu comprobaverit, industria ac labore suo, cum notabili praedictorum fundorum commodo, justis tamen et legitimis titulis majores proventus in hos fundos redivisse, ad excitandam aliorum quoque industriam, et conatus pro ratione procurati augmenti industrioso tali officiali renumeratio congrua proponi possit. Si autem exposcente aut necessitate, aut majori utilitate pro visitandis bonis domestice administrandis quispiam e gremio Commissionis exmittendus esset, hanc exmissionem eo restringendam esse, ut nimirum eum duntaxat in casum individuum quodpiam ad faciem bonorum exmittatur, si dispositiones per Commissionem faciendae medio Praefectorum, et Inspectorum aut exequi non possent, aut in ipsa bonorum administratione realis neglectus incuria Praefectorum et Inspectorum causandus, nonnisi per similem exmissionem corrigi, emendarique deberent.

Ad 3-um. Quoad manipulationis modum in antelata Commissione observandum, ea, quae sub a. et b. pree-

scribenda censentur, nullam quidem occurrere reflexionem, nihilominus tamen ad c., d. et e. Suam Mattem id benigne resolvisse, ne illae expeditiones, quae nec majoris momenti sunt, adeoque totius Consilii deliberationem non praerequirunt, nec benignae resolutioni substerni debent, usque tempus referendi Protocolli differantur, verum mox concluso Protocollo commissionali juxta prudens Praesidii arbitrium, ad suam competentiam dimittantur, ne sexus celerior illa negotiorum pertractatio in emolumenitum praedictorum fundorum tendens, effectu suo frustrari debeat: nihilominus expeditiones hae ex deciso Commissionis facienda, et per Praesidem Commissionis subscribenda, antequam dimittantur, praevie pro superrevisione supremo Consilii regii Locumtenentialis Praesidio Substernendae sunt, et nonnisi accepta abinde approbatione expedienda.

Ad f) Ut in Officiis Expediturae et Registraturae actualis manipulatio in sua integritate maneat, ipsum

rectum ordinem id exigere, ne pertractatio negotiorum commisionalium internam Dirigentis Dicasterii manipulationem quaqua ratione turbare, aut alterare possit.

Consilium proinde Locumtenentiale Regium necessaria dispositurum est, ut antelatae benignae Resolutionis regiae effectus quamprimum procuretur, desiderataque tam super his, quam et aliis punctis in decreto aulico sub 14-a Novembris 1793 Nr. 12661 expedito contentis relatio per Commissionem ecclesiasticam assumptis praevie in ubiorem discussionem omnibus rerum circumstantiis praestanda comite ejusdem opinione de tempore in tempus horsum submittatur.

Datum in etc. Vienna Austriae 30-a Januarii a. D. 1794.

Comes Carolus Pálffy m. p.

Jos. Nagy m. p.

Ad benignum S. C. et R. A. Maj. Mandatum  
Gregorius Szábay m. p.

### XXXIII.

Ferencz király leirata 1802. március 12-éről 2272. szám alatt a bencézek, premontreiek s cisterciták rendének visszaállítása iránt.

Serenissime Archi-Dux, Frater Nobis Charissime! Reverendissime, Reverendi, Spectabiles, ac Magnifici, Magnifici item, et Egregii Fideles Nobis Dilecti.

Cum benigne decreverimus tres Religiosos Ordines, quippe Benedictinorum, Praemonstratensium, et Cistercitarum in integrum restituere, una volumus, ut Benedictini quidem in plenum Archi, et Abbatiarum suarum, actaque praexistentis fundi instructi possessorum cum omni illo Jure, et Privilegio, sicut tempore suppressionis anno millesimo septingentesimo octuagesimo sexto praefuerant, reponantur, nihil enim ex iis, quae Proto-Regis Divi Stephani Liberalitas Ordini huic pro meritis contulit, decerpsum esse volumus; quapropter Capitales etiam Summae, iisdem ablatae cum pretio venditarum medio tempore realitatum, Librorum item, et Sacra supellectili, non secus litteraria Documenta, existentes item Libri, et Sacra Supellex iisdem reddantur, oportet, sequentibus tamen sub Obligationibus:

a) Ut Archi-Abbas velut Episcopali Jurisdictione inde a primis Regni Incunabulis, antequam ullus alter in Regno praefuisset, Episcopatus in Bonis gaudens, idoneis animarum Curatoribus Parochias, et Locales Capellanias in Fundationalibus Bonis absque ullo fundi sic

dicti Religionarii Aggravio providere, quin tamen ad Requisitionem cuiuscunque Episcopi ad aliena Bona religiosum sui Ordinis exponere teneatur, et ideo Eadem Dilectio, et Fidelitates Vestrae concernentibus Archi- et Episcopis, atque sede vacante, Capitularibus Vicariis intimabunt, Jurisdictionem eorum, cuius exercitium a tempore Suppressionis Archi-Abbatiae ad eos devolutum est, secuta jam nunc in integrum illius restitutione cessare, una etiam eo inviabunt, ut, si quos e Benedictinis ad montem Pannoniae professis in Dioecesibus suis Beneficio Ecclesiastico investitos haberent, tales ad religiosam sui Ordinis remittant Obedientiam.

b) Ut Gymnasia Tyrnaviae, Posonii, Sopronii, Ginsii, Jaurini, Comaromii, Strigonii, Albae Regali, Quinque Ecclesiis, et Scholas Grammaticas Papae eo, quo ratio litterarii Instituti deposcit, idoneorum Professorum Numero, e Proventibus Archi, et Abbatialibus ita providere obligetur, ut ex eorum Servitio fidelis etiam populus, Sopronii praesertim spirituale capiat emolumentum.

c) Unde tenebitur Archi-Abbas successive eum Religiosorum alere Numerum, qui tam Cultui Divino cum decore perficiendo, in Archi, et Abbatialibus

Coenobiis, quam et animarum Curae in propriis Bonis, et Gymnasialis Juventutis Institutioni juxta praescriptum Litterarii Systematis sufficiet, pro majori autem Disciplinae Domesticae Conservatione necessum est, ut in quolibet Gymnasi loco propriis provideantur aedibus, et Ecclesia, ut in his pro regularis vitae Ratione sub religiosa Superioritate conformiter Instituti sui Regalis vivant, et ideo

d) Jaurini praeter propriam, quam habuerunt Residentiam, collegium insuper Jesuitarum totum cum Ecclesia, Sopronii Ecclesia Franciscanorum cum Conventu, Comaromii praehabita eorum Residentia cum Ecclesia, Tyrnaviae Ecclesiae Trinitariorum cum Conventu, Albae Regali et Quinque Ecclesiis Collegia olim Jesuitarum cum Ecclesiis, Ginsii Collegium Piaristarum suo tempore ad aliud gymnasium transferendorum cum Ecclesia, Papae Paulinorum Conventus, cum Ecclesia in bono statu, adeoque debitibus Reparationibus praevie per concernentes fundos perfectis, iisdem Benedictinis successive, prout nempe necessitatem eorum habuerint, resignanda venient, onere Conservationis postmodum aedificiorum horum ipsos Benedictinos manente, de aedificiis vero Posonii, et Strigonii ad usus eorum necessariis Dilectio, et Fidelitates Vestrae praevie adhuc cum Archi-Abbate ulteriore Cointelligentiam fovendam habebunt.

e) Professores, prout et localem Directorem in concreditis sibi gymnasiis e Religiosis sui Ordinis Archi-Abbas pro arbitrio suo mutabit, et constituet, nec alter superioribus Studiorum Directoribus in gymnasiis huiusmodi Influxus conceditur, quam moderatae Inspectionis, an quippe litteraria Institutio praescriptae Normae conformis sit.

f) Cum autem litteraria Institutio Juventutis praecipua Religiosorum horum posthac Obligatio futura sit, Archi-Abbas satis intelliget, qua ratione Religiosi educandi, atque praeparandi sint? Ut sublimi huic scopo satisfacere possint, pro majori autem huius Religiosi ordinis vehiculo clementer indulgemus, ut Clerici eorum completo vigesimo primo aetatis anno religiosam emittere valeant Professionem.

g) Praeter recensita Onera Benedictini ad fundum Religionis annue nihil praestare tenebuntur, an, et quid fortificatorio praestare debeant? suo tempore pro justo, et aequo decidemus.

Cum per praeviam religiosorum Ordinum restitutionem fundus Religionis parte ab una falcidiā in annuis suis Proventibus habiturus videatur, parte tamen ex alia per notables, quae propediem desinent, erogationum rubricas alleviandus sit, hinc Exactoratus

praevie adhuc tam Perceptiones, quam et Erogationes fundi Religionarii ad justam Bilancem appendet, sicque in specifico statum Religionarii fundi, interveniente jam nunc Religiosorum Ordinum restitutione Nobis exhibebit, et postmodum determinabimus, qua ratione resultaturus nefors quispiam Defectus sarcendus sit, eo etiam hic subjuneto — quod fundus Studiorum, prout successive ab onere solvendorum gymnasiorum liberabitur, ita illud, quod praevia ratione in lucrum illius cedet, quotannis fundo Religionis inferre teneatur; Agriensi tamen, Comaromiensi et Rosnaviensi Gymnasiis exceptis, quorum Provisio secus etiam fundo Religionis incumbit.

His praevia Ratione constabilitis Abbatem Cry-sostomum Novák pro Archi-Abbate clementer denominavimus, Eademque benignas Collationales sine Taxa expediendas jussimus, futurorum autem Archi-Abbatum Nominationem Nobis, successoribusque Nostris Hungariae Regibus ex Lege reservamus, ut Conventus Montis Pannoniae tres Candidatos cum humillima supplicatione Regiae proponere possit Majestati.

Filiales autem Abbates ad Tihany, Bakony-Bél, et Dömölk pro futuro etiam, dum adjuncta talium nominationem svaserint, Archi-Abbas, consultis tamen praevie Conventualibus constituet, et Regiae Nostrae praesentabit Confirmationi, quae praehabita, neque secus Beneficium adire poterunt.

Quod vero restitutionis modalitatem attinet, cum ipsi Deputati huius Ordinis in eo coaluerint, ut e respectu notabilis annuae Summae, quae pro reparacione aedificiorum relinquitur, religiosorum habitationum Reparationem absque fundi Religionarii Aggravio perficere teneantur, hinc absque Exmissione Individuorum aedilis Directionis, velut apud Benedictinos non necessaria Archi-Abbati viginti septem mille floreni per Familiam Comitum Csáky juxta transactionem recentius per nos clementer ratihabitam depositi eum in finem resignandi venient, ut Desolationes Monasteriorum suorum medio tempore causatas ex his reparare valeat.

Circa Bona autem ad religiosum hunc Benedictinorum Ordinem pertinentia, id Occasione Resignationis speciali cum Cautela Observandum erit, ut cum intermedio tempore nonnulla ex altissima Ordinatione Nostra in arendam locata, et concernentes Arendatores sub fide publica ad Possessorium arendale introducti sint, iidem Arendatores ante evolutionem stipulatorum annorum, donec Contractuales Conditiones rite expleverint, exturbari non possint.

Restantias Activas in Bonis praexistentes, et sub Possessorio fundi religionarii accumulatas, adeoque fun-

dum hunc directe concernentes, in quantum praevia liquidandorum liquidatione seriem exigibilium ingredientur, ea ratione iucassandas habebit, ut easdem cum 15. pro Centuali falcidia titulo onerosae Incassationis cessura, in defigendis triennalibus ratis ad fundum Religionarium inferre teneatur.

Reparatione deterioratorum Coenobiorum, Residentiarum, et Ecclesiarum, quantum ad Benedictinos, ut praemissum est, alioquin ipsis incumbente, id unum observatum habere volumus, ut Fürediensis aedificii Structuram juxta praestabilitum planum continuare, Tihanyensis Conventus successive tantum, aliis nempe magis necessariis praevie terminatis, ac insuper favores illos, quos prioribus annis Ratione Distributionis fundorum in Füred Privatis, aedificia ibidem posituris clementer addiximus, dehinc etiam in sensu altissimae assecurationis conservare teneatur.

Quod vero Terminum Resignationis Bonorum, et Introductionis modalitatem concernit, hanc pro die viagesima quinta Aprilis a. c. clementer defigimus; et una pro Commissario Nostro Regio, qui Archi-Abbatem, et Benedictinos montis Pannoniae introducat, Archi-Episcopum Colocensem Comitem Ladislauum Kollonich, aut hoc nefors Valetudine impedito Episcopum Alba-Regalensem Nicolaum Milassin denominamus, pro reliquorum vero Praepositorum, et Abbatiae Pasztoviensis Introductione sua Celsitudo Regia Palatinus tam Commissarium pro solenni actu, quam et Dioecesanum Hominem, atque Comitatense Testimonium designabit, necessariaque Instructione providebit, totumque resignationis Actum eo inviabit, quo voluntas haec Nostra Regia debitum suum sortiatur effectum.

Praemonstratenses habebunt pro futuro duas Praelaturas Jaszoviensem quippe, cum qua conjungentur Praepositurae De Lelesz et Magno Varadiensis, ac Csornensem, cum qua perinde binae Praepositurae de Türje et Jánoshida conjungentur, qui Administrationem Parochiarum ante Abolitionem praehabitaram absque Aggravio fundi Religionarii praestituri sunt; Gymnasia autem sequentia providenda obtinebunt, Jászóviense quidem, Leucsoviense, Rosnaviense, Unghvariense et Magno-Varadiense.

Cistercitae autem recipient Abbatiam de Pásztó, cum appertinentibus Locis Szántó, et Csákány, providebuntque Gymnasium Agriense eo hic adnotato, ut cum Sabariae, ubi Praemonstratenses Gymnasium providere deberent, nullum foundationale Aedificium quod ipsis gratuito resignari possit, exstet, et ibidem alioquin etiam facilius ex Individuis Cleri saecularis Professores

haberi possint, Commissio aliud Gymnasium Loco tali, ubi et Residentia, et Ecclesia jam praesto sit, proponat.

Pari Reflexione circa Unghvarinum, ubi Praemonstratenses aequae Scholas docendas haberent, occurrente, Commissio expendendum habebit, an non alter locus majori cum Oportunitate substitui posset?

Quoad Magno-Varadinum autem Eadem Commissio expendendum habebit, an non seu antiqua Episcopalis Residentia, ubi nunc Scholae existunt, pro necessario Docentium usu adaptari, seu etiam cum ejate Graeco Seminario ad Conventum Franciscanorum nefors transferendo, permutatio ea ratione institui possit, ut Praemonstratenses in modernum Graeco Catholicum Seminarium, ubi olim Jesuitae resederunt, et Scholas habuerunt, una cum Archi Gymnasio illocentur — dictum vero Seminarium ad Claustrum Franciscanorum transferatur, eo hic subnexo, ut, cum Soproniense Gymnasium nunc Benedictinis assignatum habeatur, Praemonstratensibus Keszthelyiense substituatur. Caeteris denique superius de Benedictinis sub c. d. e. f. et g. decretis, ad hos etiam Ordines, eorumque Praepositos pari ratione extensis.

Unde pro Praeposito Jaszoviensi Andream Zazio, pro Csornensi autem cum Türje, et Jánoshida Praeposituris unita, Stephanum Harsányi Clementer denominamus, pro Pasztoviensi autem separato Abbatem, prae-stolamur Propositionem Suae Celsitudinis Regiae Palatini; pro futuris vero Vacantiarum Casibus, idem apud Praeposituras has, et Abbatiam obtinebit, quod superius de Archi-Abbate clementer constituimus.

Quod autem Pensionalistas, et foundationales Missas concernit, incumbet restitutis his Ordinibus tam Pensiones ex redditibus suis continuare; quam et obvenientia Missarum Sacrificia deinceps etiam absolvere.

Praemonstratenses autem, et Cistercitae desolata sua per Incinerationem, aut alio fato aedifica juxta statum modernum recipient, et ex propriis proventibus successive reparabunt, interea vero Praeposito Csornensi liberum esto Domicilium in Türje figere, ubi sufficiens adest pro religiosa Communitate Habitatio. Caeterum ex generica Activi, et passivi Status fundi Religionarii Deductione non sine Displicentia Nostra Regia observavimus ingentes illas Restantias, quae diversis sub titulis hinc inde exhaerent, proinde Dilectio, et Fidelitates Vrae per Gremiale suum Exactoratum Restantias has spatio triginta dierum ad specificum, sub gravissima secus secutura Animadversione deduci facient, Nobis cum ratione postmodum exhibendas, cur, et

cuius facto Restantiae hae in tantam molem excreverint? Quae omnia Dilectioni et Fidelitatibus Vestris parte quoque ex sua quantocyus ad effectum deducere, ac horsum Relationem praestare non intermittent. Quibus in reliquo Gratia et Clementia Nostra Caesareo Regia benigne jugiterque propensi manemus.

Datum in Archiducali Civitate Nostra Vienna Austriae. Die duodecima mensis Martii. Anno Domini millesimo octingentesimo secundo.

FRANCISCUS m. p.

Comes Carolus Pálffy m. p.

Josephus Gaszner m. p.

## XXXIV.

Az udv. cancelláriának legfelsőbb elhatározással ellátott előterjesztése a papnöveldéknak és agg papok házainak rendezésére vonatkozó szabályok iránt 1803. ápril 15-éről  
1593. szám alatt.

Sacratissima Caesarea et Regio Apostolica Majestas, Domine Domine Clementissime!

Dignabatur Majestas Vestra Sacratissima ope benignarum Manualium sub 11-a Januarii, et 3-a 8-bris a. p. clementer elargitarum decernere, ut Singulus Dioecesanus Episcopus proprium Cleri Junioris, deficientiumque Sacerdotum Seminarium in Dioecesi deinceps sub Inspectione sua habeat, ac una obsequentissimae huic Cancellariae injungere, ut Regulationem Dioecesanorum hujusmodi Seminariorum elaboret; in cuius benigni Jussus Obsequium Statim medio Consilii Lottlis Regii ad Concernentes Dioecesanos Episcopos ac Vicarios Capitulares congrui Ordines dimissi sunt, ut hi requisitas pro Systematica hujusmodi Regulatione Informationes tam quoad praexistentem Fundationem pro parte Cleri Junioris, ac deficientium Sacerdotum positarum statum, quam etiam Numerum Cleri Gremialis Dioecesani, unde proportio Numerica Alumnorum eruenda erit, submitant; Cujusmodi Informationes plerique quidem Dioecesanorum jam etiam effective praestiterunt; Cum nihilominus in Systematico talismodi opere generalia quaepiam Principia Normam, Methodumque Operationis determinentia necessaria sint, talia praeferenter defigenda esse existimaverat obsequentissima haec Cancellaria Aulica in sequentibus punctis, quae fine altissimae Ratihabitionis ante suscipiendam seminariorum Regulationem, velut pro directivis regulis deservitura Majestati Vestrae Sacratissimae demisse substernuntur.

Generalia Principia in Coordinatione Seminariorum Dioecesanorum Cleri Junioris, ac Deficientium Sacerdotum observanda. —

Caput. I. De Seminaris Cleri Junioris.

Siquidem in Consequentiam benignae Resolutionis Regiae in Singula Dioecesi proprium oporteat existere

Cleri Junioris Seminarium, in his debite regulandis, observanda essent sequentia: De Alumnorum Numero et Provisione. §. 1-us. Ut Numerus Alumnorum in Seminariis educandorum a Proportione gremialis Cleri Dioecesani Curam Animarum excentis, aut in aliis Ecclesiasticis Officiis constituti determinetur, in qua nihilominus proportione defigenda ad id etiam reflectendum erit; quod subinde Curatis Sacerdotibus ultra ordinarie sumptam Proportionem intra Anni Spatium decadentibus, aut in Obsequio Spirituali deficientibus, Solito major Calculus relate ad defigendum Cleri Junioris Numerum in qualibet Dioecesi assumendum veniat. §. 2-us. A proportione igitur Numerica quatvor Alumnorum ad Curam Animarum singulis Annis exmittendorum pro Centum Curatis Sacerdotibus per Regnicolare Deputationem Ecclesiasticam determinata, tanto magis recedi debet, quod combinato Cleri Junioris actu etiam in Seminariis educati Numero, juxta postremam Informationem Semestram in 918. subsistente, idem proportionem quatuor procentua longe excedat, non obstante eo, quod Curatiae et Cooperatura ob Cleri secularis defectum notabili Numero per Religiosos administrentur, majore autem adhuc parte etiam incompletae maneant, quae juxta Regulationem Parochiarum ad effectum deducunt, circiter actu 4520 numerantur, absque Dioecesis Graeci Ritus Unitis, pro futuro autem non tantum praesens defectus praecavendus sit, sed insuper pro gubernandis Dioecesaniis Seminariorum Professoribus item in Lycaeis Episcopalibus constituendis, in qualibet Dioecesi notabilis Sacerdotum Numerus requiratur, cui subinde complendo, Cleri quoque Junioris Numerus a Proportione augendus erit, hinc §. 3-ius. Spectatis praeductis Motivis, talis in qualibet Dioecesi Cleri Junioris defigendus erit Numerus, ut ad minimum

terminato quadriennali Theologico Cursu, Singulis Annis a proportione 100 Sacerdotum in Cura animarum, aut aliis gremialibus Dioecesanis officiis existentium, quinque Clerici Sacris Ordinibus initiati ad exercendam Animarum Curam e Seminario exmitti possint. §. 4-tus. Ut in emetierdis Stipendiis pro Alumnorum in Seminario Cleri Junioris educandorum Provisione requisitis, non tantum ad id reflectatur, quantumnam pro exigentia localium Circumstantiarum, pro condescente Victu, et Vestitu annue necessarium sit, sed insuper illud etiam in Considerationem Sumendum veniat, quod Clerici ejusmodi ad Curam Animarum exmittendi, praeter condecentis Vestitus, ac primae Instructionis necessariae Indigentiam, etiam Libris aliquibus ad debite explendum Officium Spirituale primitus requisitis opus habeant, adeoque hactenus communiter in 30 vel ad Summum 50 flnis defixa pro exeuntibus ad Curam Animarum Clericis subsidionalis Pecunia ex parte fundationis Seminalis dari consveta tanto minus sufficere possit, quod aucto Rerum omnium pretio, vix aliquid exili hujusmodi Subsidio sibi comparare queant, statimque cum exitu e Seminario passivorum Debitorum Contractione se onerare cogantur. Pro futuro igitur singulo Alumno Presbytero pro Cura Animarum exmittendo ex parte Seminarii titulo Subsidii pro comparandis primae Instructionis Rebus pendendi essent flni 100, adeoque praemissorum intuitu pro unius Alumni Provisione annua defigendi essent flni 200, huc non inclusis subalternorum Superiorum Salariis, praeter loca partium Tibiscanarum, in quibus ob Victralium Abundantiam, et Minora Rerum pretia etiam 150 fl. sufficerent.

#### De Superioribus domesticis Seminariorum.

§. 5-us. Ad debitam Institutionem Cleri Junioris necesse est tot, talesque eidem praeponere Viros Ecclesiasticos, sub quorum Regimine tam in Moribus, quam Literis, veroque ecclesiastico Spiritu proficiant, unde praefrerenter in singulo Seminario Rector, seu Praefectus semper ex actualibus gremialibus Capituli Canonicis unus, qui requisitis Qualitatibus instructus est, per Episcopum, Sede autem vacante, per Capitulum ea ratione deligendus erit, ut nonnisi in eum Casum, si ob grandorem aetatem, aut alias personales Circumstantias nullus actualium Canonicorum convenienter Gubernationi Cleri Junioris praefici posset, Episcopis, aut sede vacante Capitulis integrum sit alios pro Rectoribus Seminariorum constituere, quam actuales Canonicos; suadent, hoc praeter praehabitam et hactenus etiam observatam Consuetudinem complura Motiva, tum ut ad Gubernationem Cleri Junioris hac ratione praeter Episcopum

gremiale quoque Dioecesanum Capitulum influxum habeat, cum vero ut expensis Seminalis fundi in Provisionem praeficiendorum ejusmodi Ecclesiasticorum, qui Beneficio secus destituti sunt, impendendis consulatur. Hinc §. 6-tus. Rectores, seu Praefecti Seminariorum praeter condecentem habitationem, ac moderatum Victum ex parte fundi Seminalis gratuito praestandum nullam in aere parato Remunerationem praetendendam habebunt, tam ideo, quod caeteroquin Beneficio Canonicali provisi superflua ejusmodi Remuneratione non indigeant, cum vero eo etiam ex Motivo, quod obligatio Rectoris, seu Praefecti Officium in Seminariis gerendi Capitularibus Personis ex Indole Characteris, et Officii Canonicalis incumbat, jamque per id sufficiens Beneficium ipsis accedat, quod gratuitum Victum, et habitationem ex parte Seminarii obtineant. §. 7-us. Ad Officium Rectoris, seu Praefecti pertinet praeprimis supremam tam in disciplinaribus, quam etiam Oeconomis Directionem exercere, reliquis subalternis Superioribus, ne incumbenti Muneri desint, invigilare, et quotannis Rationes super perceptis, atque Erogatis Capitularium Revisorum Censurae subjiciendas reddere, ac etiam ita exposcente Circumstantia altiori Consilii Locumtlis Regii Inspectioni medio Episcopi Dioecesani subjcere, nihilque eorum, quae ad procurandam debitam Cleri Junioris Educationem pertinent, intermittere. §. 8-us. Praeter Rectorem, seu Praefectum necessarius est in singulo Seminario Unus adhuc in Qualitate Vice Praefecti seu Vice Rectoris constitutus Vir Ecclesiasticus, cui immediata Disciplinae domesticae, atque Oeconomiae Cura incumbat, huic praeter Habitationem, et Victum cum Praefecto ex parte fundi Seminalis annum Salarium emetendum esset ordinarie in fl. 250, ubi autem a Proportione Dioecesis amplioris, Numerus quoque Cleri Junioris notabiliter major foret, consequenter tam ratione provisionis Oeconomiae, quam etiam ob Disciplinae domesticae vigilantium Obligatio Vice Praefecti gravior redderetur, in ejusmodi Seminariis annua Vice Praefecti Remuneratio defigi posset in 300 flnis. §.-us 9. Ad hoc, ut Clerus Junior in Spiritu Ecclesiastico proficiat, necesse est in omni Seminario Virum unum ecclesiasticum a Mansuetudine, exemplarisque vitae Probitate commendatum in Qualitate spiritualis constituere, qui non tantum defixo tempore in sacro poenitentiae Tribunal Confessiones Alumnorum excipiat, consveta item singulis Annis Exercitia Spiritualia peragat, sed etiam Recurrentibus ad se Clericis in Remorsuum Conscientiae Casibus, omnique occasione Consiliis Spiritualibus adsit, in ultimo autem Theologiae Cursu constitutos

Alumnos statis temporibus pro Cura Animarum in practica potissimum Morali Theologia praeparet; Spirituali huic praeter habitationem, et Victum cum Praefecto tribuetur annum 200 fln. salarium ex parte fundi Seminariales; quod si autem Spiritualis hujusmodi Superior e Dioecesano Clero in Cura Animarum constituto, seu ob Cleri defectum, sive ex alio Incidenti commode deligi nequiret, eum in Casum integrum maneat Episcopis, unum e deficientibus Sacerdotibus (dummodo talis superius recensitis Qualitatibus instructus sit) pro Spiritualibus hujusmodi Obsequiis in Seminario applicare, quod tunc potissimum oportune fieri poterit, si Sacerdotes deficientes sub uno tecto cum Clero Juniore habitare potuerint. §. 10-us. Praeter recensitos superiores partim domesticam Curam, partim Spiritualia Officia exercentes, necessarii sunt adhuc ita dicti Praefecti Studiorum, quibus incumbat, exacte invigilare, ut Clerus Junior diligenter Studiis se impendat, et in Literis Profectum desideratum faciat. Salarium Praefecti Studiorum praeter habitationem, et Victum cum Rectore seu Praefecto communem, ex parte fundi Seminariales dependendum erit 200 fln.; — ad cujusmodi officium tales praferenter Ecclesiastici applicandi erunt, qui terminatis cum peculiari distinctione Studiis suis Theologicis successive pro Professoribus Lycaeorum Episcopaliūm praeparandi essent. Quodsi nihilominus in aliqua Dioecesi, seu ob tenuorem seminarialem fundum, sive etiam defectum Individuorum requisitis qualitatibus instructorum distinctus Studiorum Praefectus in Seminario constitui nequiret, in talem Casum liberum erit Episcopis unum e Professoribus Lycaeī Episcopalis, cuius agenda cum Munere Studiorum Praefecti magis compatibilia sunt, pro simili officio substituere, cui titulo Remunerationis ex parte Seminarii conveniens habitatio et Victorū cum Rectore communis gratuito tribui poterit.

Circa designandum fundum provisionalem.

§. 11-us. Praemissa Puncta Altissimae Ratihabitionis substrata deservient pro directivis Regulis, circa qualiter emetiendam Provisionem, et instituendam Coordinationem internam seminariorum, illa nunc meritorie occurrente Quaestione: ex quonam fundo requisitae annuae in Erectionem novorum Seminariorum, et Provisionem Cleri Junioris Erogationes provenire debeant, in quantum praexistentes fundationes oneri huic ferendo non sufficiunt? Relate ad hanc Quaestionem obsequentissima haec Cancellaria illius est demissae opinionis: §. 12-us. Existit quidem benigna Normalis Resolutio sub 11-a Aprilis Anni 1796 edita, ut omnes ii Episcopi, qui annuos suos Proventus

ultra  $\frac{n}{15}$  flnr. obtinent, Numerum Cleri sui Junioris, in quantum per Regulationem Parochiarum eundem augeri oporteret, e propriis suis Reditibus compleant. Cum interim Occasione interventae benignae hujus Resolutionis Altissima Intentio Majestatis Vestrae Sacratissimae eo directa fuisse nondum videbatur, ut in omnibus Dioecesibus Episcopi proprium Seminariūm habeant, adeoque Obligatio illa Clerum Juniores aliquot Individuis augendi longe minor sit, quam Seminariūm propriū, ubi defuit, novitus erigere, illud Subalternis Superioribus Ecclesiasticis cum congruis Stipendiis providere, Lycaeum praeterea Episcopale, quod ad Institutionem Alumnorum suapte necessarium est, introducere, ac illud Professoribus Salario annuo providendis instruere, hinc demisse censetur, in Systematica hac Seminariorum Regulatione a praeinsuata benigna Resolutione quoad formandam exinde directivam Regulam abstrahendum esse tanto magis, quod nova Seminaria in iis potissimum Dioecesibus erigenda, atque instruenda veniant, quarum Episcopi tenuorem p̄ae aliis Dotationem possident. §. 13-us. Obsequentissima haec Cancellaria in Regulatione Systematica Seminariorum relate ad determinandum fundum, unde requisitae Erogationes annuae, in quantum praexistens Dotatio non sufficit, fieri debeant? existimat Episcopatus in duas Classes esse partiendos, in unam eos esse referendos, quibus Onus fundum Seminariale ex integro providendi e propriis Reditibus injungendum erit; in alteram autem, qui ab hac Obligatione ultra praexistentem fundationem porro etiam vel in toto, vel in parte a proportione Redituum suorum eximendi essent. Ad Classem proinde primam referendi essent (praeter Episcopatum Agriensem, cuius Seminariūm jam in Plano Dismembraitonis a benigna Resolutione pendente regulatum habetur) bini Achiepiscopatus Strigoniensis, et Colocensis, Episcopatus item Vaciensis, Quintuecclesiensis, Veszprimensis, Nitriensis, Jaurinensis, Zagrabiensis, Diakovariensis. Ad alteram porro Classem Sabariensis, Scepusiensis, Neosoliensis, Magnovaradiensis latini Ritus, Albaregalensis, Rosnaviensis, Csanyadiensis, Segniensis et tres graeci Ritus Catholici Episcopatus, Munkácsiensis, Magnovaradiensis, et Crisiensis. §. 14-us. Pro Dioecesium ejusmodi Seminariis providendis, quarum Episcopi ex defectu amplioris Dotationis subsidium pro Intertentione Alumnorum suorum praebendi in Statu non sunt, deservire possent redditus illi Praepositurae Vetero Budensis, qui ab Intertentione Alumnorum cum Erectione, et Institutione Seminarii Generalis Tyrnaviensis Anno 1648 interuenta juxta Numerum ea Occasione defixum rema-

nerent; cum autem eotum Jus praesentandi ad praeinsinuatam fundationem, juxta isthic adjacens sub / Instrumentum habuerit Archiepiscopus Strigoniensis pro 10 Alumnis, Episcopus Veszprimiensis 4; Vaciensis 2; et Nitriensis 6; hinc primitivo hoc foundationali Jure penes praememoratas Dioeceses ultro etiam juxta defixum illum Numerum permanente, quidquid proventuum e Bonis Praepositurae Vetero-Budensis profluentium ultra emensam pro recensitis Alumnis Intertentionem remanserit, id totum ad Provisionem Cleri Junioris Episcopatum tenuius dotatorum in generali Seminario, pro quo fundatio haec facta est, educandi convertatur. Principium isthoc occasione Systematicae Regulationis Seminariorum Dioecesanorum Universi Cleri Regni Hungariae tanto magis Stabiliendum esse censeatur, siquidem factum hujusmodi non tantum in omni Aequitatis ratione fundetur, sed et benigno Diplomati Donationali Ferdinandi III. isthic advoluto conforme sit, claris enim Diplomaticis hujus Tenoribus proventus memoratae Praepositurae pro intertenendis Alumnis ex omnibus Regni Hungariae Episcopatibus eorum recipiendis destinati habentur; ex amplis nempe Praepositurae hujus Proventibus hoc tempore prope  $\frac{m}{20}$  fl. annue efficientibus maxima Pars Cleri Junioris talium Dioecesis, quarum Episcopi ob tenuorem Dotationem Seminariorum suis succurrere nequeunt, sufficienter dotari posset, sed nec ulla Dioecesi Strigoniensi Injuria fieret, quia Beneficium tale nunc amitteret, ad quod Jus foundationale primitivum ultra superius defixum 10 Alumnorum Numerum nunquam habuit, imo applicatione proventuum de tempore in tempus accrescentium, pro solius Strigoniensis Dioecesis Beneficio, si non reliquis, iis certe Dioecesibus manifestum Detrimentum illatum est, quibus Alumnos suos ad hanc Seminariorum Generalis fundationem Jus denominandi per expressum attributum est; his enim cum Proventuum Praepositurae Vetero Budensis Auctione perinde Jus enatum fuerat, etiam Numerum Cleri sui Junioris ultra primitus defixum Numerum adaugere. §. 15-us. Illud quoque omni Aequitati consonum esse comperit obsequentissima haec Cancellaria, ut occasione Generalis hujusmodi Regulationis Seminariorum ad praecedentes Dismembraitonis Episcopatum, et Dioecesum Casus recursus fiat; et si quocunque demum ex Incidenti ea Occasione foundationalia Capitalia, aut Bonorum Proventus, Seminarium Cleri Junioris, deficientiumque Sacerdotum concernentes aequa Proportione inter dismembratas Dioeceses divisae non fuissent, factum tale hac occasione corrigatur, et beneficii foundationalis noviter erectae Dioeceses ex aequa proportione participes red-

dantur tanto magis, quod relictis penes primitivos Archi et Episcopatus amplis foundationalibus Redditibus, deficitum sufficientis fundi Seminarialis hi longe facilius compensare possint, quam noviter erecti Episcopatus, cum parcus sibi emensa Dotatione instituti. — Quo Princípio benigne stabilito suapte consequetur, dismembratas ab Archiepiscopatu Strigoniensi tres novas Dioeceses, utpote: Scepusiensem, Neosoliensem, et Rosnaviensem relate ad defectum fundi Seminarialis, si non ex toto, maxima certe sui parte provideri posse, cuius Principii Aequitati suffragatur praeter alia illud etiam, quod docentibus benignis foundationalibus Literis Libris Regiis insertis, Proventus Seminariorum Cleri Junioris Dioecesis Strigoniensis, praeter fundationem Pázmánianam potissimum e pia Serenissimorum Hungariae Regum Majestatis Vestrae Sacratissimae Praedecessorum pia liberalitate Ortum trahant, ultra praeinsinuatam enim Praeposituram Vetero Budensem possidet adhuc Seminariorum Dioecesis Strigoniensis ita dictam Stephaneam Abbatiam Ecclesiae de Széplak, ad quam numerosae Portiones possessionariae in variis Comitatibus existentes pertinent, amplosque Proventus facile ultra  $\frac{m}{16}$  fl. efficienes reddunt; possidet praeterea Seminarium ita dictum Marianum Medietatem Praepositurae S. Stephani de Bozok, unde annuos  $\frac{m}{6}$  fl. percipit, quibus debite expensis consequitur, fundum Seminariale Dioecesis Strigoniensis maxima sui parte et originem et Incrementum ex variis Impetrationibus Beneficiorum Abbatialium, et Praeposituralium per Archiepiscopos Strigonienses factis accepisse, cuius modi Impetrationes per alias Episcopos Sedibus Suis Spoliatos, ac Titulum duntaxat Dioecesum suarum habentes, eotum fieri non poterant, totumque (qui actu existit) Seminariale fundum ex factis successive per ipsos, Capitulorumque suorum Canonicos oblatis foundationalibus Summis conflatum esse, ac proinde amplius etiam Onus Archiepiscopatu Strigoniensi quoad supplendum fundum Seminariale omni Jure et Aequitate injungi posse.

#### Caput II. De Seminariorum defientium Sacerdotum.

De numero, et Provisione defientium Sacerdotum.

§. 1-us. Numerum defientium Sacerdotum localia potissimum adjuncta singulae Dioecesis determinare debent, montosus enim situs, fatigiosaque Parochiarum ejusmodi, quae cum pluribus filialibus conjunctae habentur, Administratio, Animarum Curatores ante tempus deficientes reddere conseruit, Reflexione proinde ad hujusmodi Circumstantias habita, ductoque Calculo proportionato ad Clerum in Cura Animarum constitutum pro 100 Sacerdotibus Curam Animarum, seu in qualitate

Parochorum, localiumque Capellanorum, sive etiam Cooperatorum exercentibus, computari possent circiter 4 deficientes Sacerdotes. §. 2-us. Ut porro Sacerdotes hujusmodi in Seminariis simultaneam Provisionem obtineant, multa Motiva svadent tam respectu personalium Adjunctorum Conservationem Spiritus Ecclesiastici pro Objecto habentium, quam etiam ratione localium Cathedralis Ecclesiae, penes quam Seminaria ejusmodi existunt, Circumstantiarum, administrationem Spiritualem facilitantium; Cum interim in nonnullis Dioecesibus ob minorem in Cura Animarum operantis Cleri Numerum Erectio Seminarii pro Sacerdotibus deficientibus supervacanea foret ex eo, quod saepius evenire posset, aut nullum, aut unicum duntaxat deficientem Sacerdotem existere: quem in Casum Aedificii Conservatio, et interna Instructio, familiaeque domesticae Intertentio gravi oneri sine omni utilitate cederet. §. 3-us. Cum praeterea per benignam Resolutionem Normalem ad Elaboratum Regnicolaris Deputationis Publico Ecclesiasticae sub 11-a Januarii a. p. iterato editam, liberum admittatur deficientibus Sacerdotibus, seu apud Cognatos, sive alios privatos extra Seminarium vivere, dummodo rationem Vitae suae ad Regulam et Leges disciplinae Ecclesiasticae conformem, hinc de Similium deficientium Sacerdotum provisione illud ultiro benigne determinandum esse censeretur, ut a discreto quidem Judicio Dioecesani Episcopi dependeat deficientibus Sacerdotibus habitationem extra Seminarium, intra ambitum tamen propriae Dioecesis (nisi iidem apud cognatos suos extra gremium Dioecesis residentes habitare vellent) pro ratione Circumstantiarum, et Qualitatum personalium admittere, vel negare, in eum tamen Casum, quo quispiam Sacerdotum deficientium in tali Dioecesi, ubi Seminarium existit, extra illud habitare admissus fuerit, huic non amplior, quam annua 200 fl. Pensio e fundo Seminarii deficientium Parochorum tribuatur, ut hac ratione ad simultaneam in Seminario Vitam cum omni conveniente Provisione agendum, unus quisque magis alliciatur, e contra autem in talibus Dioecesibus, ubi juxta Punctum 2-dum ob minorem Cleri Numerum Seminaria deficientium Sacerdotum necessaria non fuerint, singulo Sacerdoti defienti e fundo Seminarii fine procurandae necessariae Provisionis anni 300 flni defendantur, ea cum Obligatione, ut vel penes Cathedralem Ecclesiam, aut alio ejusmodi intra Dioecesim loco resideat, ubi a Proportione Aetatis ac Virium aliquod spirituale Subsidium Populo, seu per Celebracionem Missae Sacrificii, sive etiam administrationem Sacramentorum praestare potest, differentiam hanc Pensioonis svadet ipsa Indoles Rei, in primo enim Casu, ubi

quis in Seminario praexistentе simultanee cum aliis vivere recusat, etiam Beneficio ejusmodi, quod ultra Emolumentum 200 fl. exinde obtineret, sponte renunciat, in altero autem Casu nullo praexistentе Seminario cogitur deficiens Sacerdos apud privatos Hospitium summere, maioresque ex hoc Incidenti habet Erogationes, quam si in Communione viveret. §. 4-us. Generaliter autem in Seminariis deficientium Sacerdotum, pro unius Alumni Intertentione, et alia necessaria Provisione defigendi essent, ut minimum 250 fl. siquidem in talibus Domibus cum minore Alumnorum Numero, etiam in Communibus Erogationibus minor Oeconomia haberri possit, quam in Cleri Junioris Seminariis, ubi Numerus Alumnorum notabiliter major est, adeoque etiam singillativaе Provisionis annuae Competentiae in communi plus Emolumenti reddunt.

De Gubernatione Domus deficientium Sacerdotum.

§. 5-us. Domui deficientium Sacerdotum perinde prout Seminariis Cleri Junioris praeesse debet in qualitate Praefecti unus ex actualibus Capituli gremialis Canonicis, qui gratuitam habitationem convenientem, absque tamen Victu in eadem obtenturus est, si amplitudo Domus admittat, secus autem e propria Canonicali Residentia Domus Directio instituenda erit, ea ratione, ut unus e Sacerdotibus deficientibus prae aliis magis idoneus in Qualitate Vice Praefecti constituatur, cui incumbat quotidiana Domus provisionem, ac Domesticae Disciplinae observantiam sub directione Praefecti procurare, huic autem, si non quotidie, admininus omni hebdomada Inspectionem Seminarii instituere, rationes menstruas Erogationum exigere, ac solerter invigilare, ne debitae deficientium Sacerdotum Provisioni quidpiam desit, aut disciplinae domesticae observantia perturbetur. §. 6-us. Sacerdotes quidem deficientes, qui plerumque ex emeritis Parochis consistunt, rigorosae disciplimae alicui domesticae subjiciendi esse non consentur, quorum utpote grandior Aetas, fractaeque Vires omnem Communitatem, praegesta autem in cura Animarum Merita debitam Reflexionem exposcunt, cum tamen Ordo anima Rerum sit, in omnique Communitate observari debat, et his domesticae Regulae Aetati, personalibusque ipsorum Adjunctis accomodatae praescribendae erunt, ad quarum Observantiam singulus Beneficio ejusmodi providendus obstrictus esse debet; Regulae hujusmodi cum aliis Clerum Juniores respicientibus subinde etiam Altissimo loco substernentur.

Posteaquam igitur Majestas Vestra Sacratissima circa Praemissa Principia benignam suam Resolutionem Regiam pro Cynosura Operationis in regulandis singilla-

tivis Dioecesum Seminariis edere dignata fuerit, non dedit obsequentissima haec Cancellaria per partes successive, Elaboratum isthoc perficere, ac Altissimo Majestatis Vestrae Sacratissimae Obtutui subinde demisse substernere. Salvo caeteroquin Altissimo Mattis Vestrae Sacratissimae Arbitrio et Suprema decisiore Caesareo Regia.

Majestatis Vestrae Sacratissimae humillima et obsequentissima Cancellaria Regia Hgco Aulica.

Viennae 15-a Aprilis 1803.

Comes Carolus Pálffy m. p.

Paulus Rosos m. p.

Legfelsőbb elhatározás:

De Alumnorum Numero et Provisione placent principia Cancellariae; optarem unice, ut in qualibet Parochia certus existeret Fundus instructus, necessitatibus tam oeconomicis, quam et pastorali muneri commensuratus, quem parochus suo tempore successori integrum transmitteret; hoc enim praehabito multum adjuvaret sollicitudo talis animarum curatoris, qui sufficienti ad instruendum fundum subsidio destinatus beneficium aliquod obtinet, eatenus itaque Episcoporum vigilantia et industria provocanda erit.

De Superioribus Domesticis Seminariorum: Opiniōni Cancellariae plene aquiesco, ita tamen, ut Vice-Praefecti Salarium in minoribus Seminariis ad 300 fl., in majoribus autem ad 400 fl. elevetur, et sic restabit unice, ut de Professorum etiam convenienti provisione et Salario Cancellaria ulteriore adhuc depromat opinionem.

Circa designandum Fundum provisionalem:

Iste in quantum propriae non sufficiunt Fundationes; Primo e Mensa Episcopali peti debet, quem in finem Episcoporum Congruam sequenti ratione determino, et quidem: pro Primate Regni et Archiepiscopo Strigoniensi relinquo annuos  $\frac{m}{150}$  fl., pro reliquis Archiepiscopis  $\frac{m}{60}$  fl., Episcopis vero  $\frac{m}{40}$  fl. Quidquid autem ultra hanc Summam juxta Calculum, occasione cameralis resignationis determinandum e proventibus Bonorum percipiunt, id omne Fundo religionis inferre obligabuntur; Secundo: e proventibus Capitulorum; circa modalitatem tamen et Mensuram hac in parte tendam volo, ut Cancellaria quo citius sua sensa depromat. Tertio denique e Beneficiis simplicibus, quorum, prout actu vacant, vel successive vacatura sunt, intercalares reditus jam nunc fundo religionis addico, collatione nihilominus eorum Nobis, Successoribusque nostris pro temporis oportunitate reservata, notabili jam nunc hac Dote Fundo Religionis accidente, Cancellaria praferenter juxta praestabilita principia, Statum cuiuslibet Seminarii elaboret, illumque tabellariter Mihi proponat, deinde opinionem depromat, quantum e Fundo

Religionis congruae Parochorum jam nunc addere possim? Optarem etiam, ut Stolares et lectionales Praestationes per Opulentiores Communitates, in locis vero miserioribus per Fundum Religionis in aversionali Summa Parochis praestarentur, sive Dotatio Parochorum haec in parte magis certa et stabilis, et exigendi modalitas minus invidiosa redderetur. Sic et locales Capellanias, ubi absoluta earum est necessitas, in Parochias convertendas, ubi vero commode fieri potest, in cooperaturas potius transfundendas desiderarem, exeunti enim e Seminario, vel secus juveni Sacerdoti, satius est penes alium discretum virum exercitium curae animarum ordiri, quam sibi relictum esse. Cum de sufficienti saecularis Cleri Numero praevia ratione pro futuro jam providerim, mendicantes Religiosi non secus, quam in extraordinario necessitatis casu pro cura animarum posthac exponendi sunt, verum hi in Casibus tantum aegritudinis, vel Absentiae, aut tempore majorum festivitatum et concursus populi, subsidio sint Parochis: Principia haec ea de causa isthic pro Directione Cancellariae addere volui, ut filum operationis suea juxta haec ducere noverit.

Praeposituram Vetero Budensem quod attinet, cum hanc Majorum Meorum pietas pro generali Seminario sacraverit, haec porro quoque ad praestitum finem convertatur oportet, et cum Ego generale Seminarium penes universitatem constituendum ordinaverim, in hoc Seminario ad rationem fundationis hujus 10 alumni e Strigoniensi Dioecesi, 6 e Nitriensi, 4 e Veszprimensi, et 2 e Vacensi aliendi erunt, reliquus autem Fundus per aliarum Dioecesum alumnos partim in generali hoc Seminario, partim in domestico Episcopali Lycaeо exhauriatur.

Dismembratio reliquarum Fundationum pro Strigoniensi Archi-Dioecesi destinatarum, nisi, et in quantum provisionis impensas pro juniori Archi-Dioecesis Clero necessarias superarent, necessaria non erit, cum ex indicatis per me fontibus cuiuslibet seminarii necessitates abunde tegendae sint. Ceterum cum junior Clerus Strigoniensis per Divisionem multum diminuendus sit, Cancellaria opus regulationis eo attemperet, ut junior Clerus Graeco Catholicus in Seminario Archi-Dioecesis potissimum suam accipiat educationem et Institutionem.

De Seminariis Deficientium Sacerdotum: vel potius de Domo emitorum Parochorum, omnia ratihabeo, quae Cancellaria proposuit, illa solum cum adjectione, ut domus hae nullibi locorum cum Seminario junioris Cleri junctae sint, verum separato tecto et foco provisae esse debeant.

FRANCISCUS m. p.

XXXV.

Udvari rendelet 1803. augusztus 19-éről 8073. szám alatt a püspöki jövedelmek megállapítása, azok fölösségeinek a vallásalapba szolgáltatása és a káptalanoknak a vallásalap gyarapításához hozzájárulása iránt.

Sacrae etc. b. intimandum : Erga exhibitat Suae Majestati Ssmae circa Coordinationem Seminariorum Dioecesanorum Cleri junioris ac Deficientium Sacerdotum demissam Propositionem dignabatur Eadem altefata sua Majestas Ssma ea, quae in advoluto uberioris descripta habentur, generalia principia pro directivis regulis in systematica praeallatorum Seminariorum regulatione observandis deservitura clementer constabilire, ac una benigne constituere : a) ut Fundus in erectionem novorum Seminariorum, et provisionem Cleri junioris necessarius, in quantum praeexistentes Fundationes oneri huic ferendo non sufficiunt, primo e mensa Episcopali, quem in finem Episcoporum Congrua per altefatam suam Majestatem Ssmam pro futuro sequenti ratione defixa est, et quidem : pro Primate Regni, et Archi- Episcopo Strigoniensi in annuis 150,000 flnis pro reliquis Archi Episcopis 60,000 mille florenis, Episcopis vero in 40,000 flnis, quidquid autem ultra hanc summam juxta Calculum Cameralis resignationis determinandum e Proventibus Bonorum percipiunt, id omne Fundo Religionis inferre obligabuntur, secundo e Proventibus Capitulorum, quorum intuitu tamen quae modalitas et mensura tenenda sit, ulterior opinio de promenda erit, tertio denique e Beneficiis simplicibus, quorum prout actu vacant, vel successive vacatura sunt, intercalares Reditus per Suam Majestatem Ssmam jam nunc Fundo Religionis addicuntur, collatione nihilominus eorum altefatae Suae Majestati Ssmae, Eiusdemque Successoribus pro temporis oportunitate reservata. b) Ut notabili praevie dote Fundo Religionis accedente, quantum ex eodem Fundo Religionis congruae Parochorum jam nunc addici possit, ulterior de promatur opinio. c) cupere Suam Majestatem Ssmam, ut in qualibet Parochia certus exstaret Fundus instructus, necessitatibus tam Oeconomicis, quam et pastorali Muneri commensuratus, quem Parochus suo tempore Successori integrum transmitteret, hoc enim praehabito multum adjuvaretur sollicitudo talis animarum Curatoris, qui sufficienti ad instruendum Fundum subsidio destitutus beneficium aliquod obtinet, eatenus itaque Episcoporum vigilancia, et industria provocanda erit. Porro optare Eandem altefatam Suam Majestatem Ssmam, d) ut loca-

les Capellaniae, ubi absoluta earum est necessitas, in Parochias convertantur, ubi vero commode fieri potest, in Cooperaturas potius transfundantur; exeunti enim e Seminario, vel secus Juveni Sacerdoti, satius est penes alium discretum virum exercitium curae animarum ordiri, quam sibi relictum esse. e) Ut stolares et lecticales praestationes per opulentiores Communitates, in Locis vero miserioribus per Fundum Religionis in aver-sionali Summa parochis praestarentur, sique dotatio Parochorum hac in parte magis certa et stabilis, et exigendi modalitas minus invidiosa redderetur. f) Foundatione Praepositurae Vetero-Budensis pro universo Clero Regni Hungariae per gloriosae memoriae Imperatorem et Regem Ferdinandum facta, ac per Suam Majestatem Ssam ultro pro educatione Cleri universi hungarici in Seminario Generali penes Universitatem erigendi clementer reicta, Eandem altefatam Suam Majestatem Sacratissimam ordinasse, ut in dicto Seminario generali ad rationem Foundationis huius 10 alumni e Strigoniensi Dioecesi, 6 e Nitriensi, 4 e Veszprimiens, et 2 e Vaciensi alantur, reliquus autem Fundus per aliarum Dioecesum alumnos partim in hoc generali Seminario, partim in domestico Episcopali Lycaeо exahauriat. g) Cum de sufficienti Saecularis Cleri numero per subsecuturam Seminariorum coordinationem provisum iri speretur, eam esse Suae Majestatis Ssmae voluntatem, ut mendicantes Religiosi non secus, quam in extraordinario Necessitatis Casu pro Cura animarum posthac exponantur, et hi in casibus tantum aegritudinis, vel absentiae, aut tempore majorum Festivitatum et Concursus populi subsidio sint Parochis. Denique h) cum junior Clerus Strigoniensis per divisionem multum diminuendus sit, Suae Majestati Ssmae intentionem regiam eo directam esse, ut junior Clerus graeco Catholice in Seminario Archi-Dioecesis potissimum suam accipiat Educationem et Institutionem. . . . .

Datum in Archi-Ducali Civitate Vienna die 19-a  
Augusti 1803.

comes Carolus Pálffy m. p.

B. Josephus Püchler m. p.

Ad benignum S. C. et R. Ap. Mattis mandatum.

## XXXVI.

A m. kir. udv. cancellária előterjesztése 1803. november 25-éről 4321. szám alatt a püspöki jövedelmek szabályozására vonatkozó rendelet kihirdetése iránt a helytartótanács részéről tett kérdés tárgyában, Ferencz király elhatározásával ellátva, mely a kihirdetést elrendeli.

Ad Sacratissimam Caem Regio Aplicam Mattem  
Dominum Dominum Clementissimum Humillima Pro-  
positio Intuitu altissimae Resolutionis Reae circa Pro-  
ventus Archi- et Episcoporum pro futuro qualiter  
regulandos editae, introscriptae Cancellariae Regiae  
hungarico Aulicae

Sacratissima Caesareo-Regia Aplica Majestas,  
Domine Domine Clementissime!

Serenissimus Archi-Dux Regni Palatinus Repraesentationem, quam Consilium Locumtenentiale Regium relate ad emanatum Decretum Aulicum circa Proventus Archi- et Episcoporum Hungariae qualiter pro futuro regulandos submittendam in sui Absentia conclusit, in advoluto submisit ea cum Declaratione, quod sibi tantisper reservet, in objecto hoc sensa sua occasione illa, dum dictum Consilium Locumtenentiale Regium ulteriorem suam Repraesentationem circa Dotationem Parochorum, et abrogationem lectionalium Praestationum submissura est, depromendi. Opinio Commissionis Ecclesiasticae praevio in Objecto majoritate quoque Votorum Consiliariorum consilii Locumtenentialis probata (Opinione minoritatis Consiliariorum ejusdem Consilii non secus et separata Declaratione binorum Consiliariorum Comitis a Cziráky et Győri infra recensendis) concentratur in sequentibus.

Dictam quippe Commissionem venerari Intentionem Majestatis vestrae sacrae, qua in Religionis Incrementum et aeternam fidelium suorum subditorum salutem fertur, dum defixa praevia altiori Ordinatione pro Archi et Eppis dote remanentes ab hac summa Proventus nobilissimam cupit nancisci Destinationem, sed tamen celare non posse sollicitudinem suam, ne Regnicolae altissimam hanc Intentionem Regiam e Consideratione etiam complurium tam in Legibus Patriis, quam et in iis, quae per ordinatam Regnicolare Deputationem erga Postulata et Gravamina partim per Clerum, partim per Comitatus altissimo Loco proposita habentur, fundatarum et in Commissionis Protocollo fusius deductarum Reflexionum in eo accipient sensu, quasi Juribus et Privilegiis Ecclesiarum Hungariae Praejudicium quoddam inferretur, neve prout sunt temporum Vicissitudines, subin defixa

haec congrua sola etiam Authoritate Regia ita minuatur, ut exinde non magis Episcopis, quod tolerabilius foret, quam ipsi Religioni Catholicae, quae Incrementum suum post sanctos Reges Episcopis potissimum et Clero debet, et quae huendum in liberali Ministrorum suorum Dotatione gloriabatur, irreparabile vulnus infligatur. Quo praemissso eandem Commissionem orare, ut Majestas Vestra sacratissima praeallatis Reflexionibus benigno Animo susceptis, altissimam super eo Inviationem elargiri dignetur, an defixa pro Archi- et Eppis Congrua, cuius supraprovocatum Decretum Aulicum pro Directione tantum Dicasteriali meminit, jam nunc publica reddenda sit, Dispositionibus caeteroquin jam factis, ut ea, quae fine procurandi celerioris effectus reliquorum in eodem Decreto Aulico contentorum Objectorum ad Notitiam Dioecesanorum, et sedibus vacantibus generalium Vicariorum devenire debent, dimittantur.

Minoritas vero Consiliariorum saepfati Consilii Locumtenentialis opinionem suam in eo defigit, fundamenta quippe in iis, quae per Commissionem Ecclesiasticam adducta habentur, sufficientia haud inveniri, ut publicatio praeallatae Ordinationis Regiae ultro differatur, nulli enim dubium esse potest, Augustum Regem in elargita praevia altissima Resolutione, unice competente Jure suo usum esse, et hinc etiam ejusdem effectuationi insistere posse.

Declaratio Supranominatorum binorum Consiliariorum in eo subsistit, quod cum Vigore supremi Juris Patronatus Regibus Hungariae plena supersit Potestas, stringendi Episcopos ad spiritualem suam Obligationem, Mentemque fundatorum adimplendam, et Redditus superfluos hunc in finem convertendos, consultissimum foret, si vel sua Majestas Virtute indubitati Juris Regii, habitata Conscriptione Proventuum Episcopali, et Parochialium, cognito item numero Animarum et statu Paraeciarum, Episcopos eo inviaverit, ut per Dotationem Seminariorum, deficientium Sacerdotum Provisionem, Parochorun, priorumque Institutorum sustentationem Canonibus Ecclesiasticis Legumque sanctionibus satisfaciant, atque sic, Sequestro Bonorum adversus contravenientes in Conformatitate praeexistentis Legis alioquin locum habente, ab omni sive Congruae, sive annuae depensi-

nis Quantitate determinanda simpliciter praescindatur, vel si assumpta Modalitas his non obstantibus porro quoque oportunior esse judicaretur, Meritum ipsum ad futura Regni Comitia relinquatur.

Sub idem quasi tempus Archi-Episcopus quoque Colocensis Comes a Kollonics in ordine ad eandem Altissimam Ordinationem Regiam, eam quae hic advolvitur, submisit Repraesentationem, in qua idem provocando perinde ad Legum Dispositiones, communes Libertates et Jura Clero cum aliis Nobilibus tribuentes fuse demonstrat, Congruam Episcoporum salvis legibus et inauditis Episcopis determinare non potuisse, — quapropter petit nomine etiam totius cleri, ut Majestas Vestra Sacratissima alia in hoc gravissimo Merito Consilia capere, et Clerum in suis Juribus avitis et Praerogativis conservare dignetur.

Votum. Siquidem sua Regia Serenitas Dominus Regni Palatinus in praesente Merito sensa sua depro-mendi Voluntatem indicaverit ea Occasione, dum ulteriore circa meliorem Parochorum Dotationem, ac Lecticalium Obventionum Abrogationem, Consilium Locumtenentiale Regium suam horsum praestiterit Repraesentationem, idcirco non existimat obsequentissima haec Cancellaria Aulica suae Regiae Serenitatis Sensa demisso Voto suo praevenire, tum ideo: quod Meritum isthoc primo eotum ita comparatum futurum sit, ut adaequata fine ulteriores impertienda benignae Resolutionis abhinc Opinio depromi possit; cum vero eo etiam ex Motivo: quod occasione Repraesentationis ulterioris circa meliorem Parochorum Dotationem, ac Lecticalium Abrogationem per Consilium Locumtenentiale Regium horsum exhibendae ejusmodi circumstan-tiae se evolvere possint, a quibus futura obsequentissimae hujus Cancellariae Aulicae opinio Majestati Vestrae Sacratissimae substernenda, plurimum dependere debeat.

Quantum autem Inviationem per Commissionem Ecclesiasticam, et Consilium Locumtenentiale Regium circa id expetitam adtinet: An benigna Majestatis Vestrae Sacratissimae Resolutio Congruas Archi- et Episcoporum regulativa jam nunc publica reddenda sit? obsequentissima haec Cancellaria Aulica demisse existimat, inviationem hujusmodi superfluam esse, si-quidem Objectum benignae hujusmodi Resolutionis pro Directione duntaxat Dicasteriali Consilii Locum-tenentialis Regii deservire debeat, atque hoc fine intimatam ab hinc fuisse eandem benignam Resolutio-nem sufficiat; ipsa autem effectus Procuratio partim ad Camerae Hungarico-Aulicae, partim autem obsequen-tissimae hujus Cancellariae agenda pertineat; Reliquorum nihilominus Punctorum, quae in eadem benigna

Resolutione continebantur, quo ociorem effectuationem eidem Consilio Locumtenentiali Regio ultiro abhinc interea etiam injungendam venire. Salvo caeteroquin etc.

Majestatis Vestrae Sacratissima Cancellaria Regia Hungarico Aulica. Vien-nae, die 25-a Novembris 1803.

Comes Carolus Pálffy m. p.  
Paulus Rosos m. p.

Legfelsőbb elhatározás:

Placent minora Consilii Locumtenentialis. Regulationem Episcopaliū Proventuum et Seminariorum Junioris Cleri et Parochorum utriusque Ritus melior provisio, tum Orphanorum Cura, aliquique his analogi fines necessariam fecerunt. Per hanc nihil Ecclesiarum Juribus, nihil convenienti Episcoporum dotationi decerp-titur, verum id unice, quod ab hac superfluum est, qua ratione juxta mentem fundatorum impendi debeat, pro supremo meo Jure Regio determinaveram. Liberalitatem Episcoporum Hungariae testantur antiquae fundatio-nalium Litterarum Tabulae; hanc ab iis pro futuro etiam tanto magis exspectare possum, cum antiqui fundatores, Pazmannus quippe, Draskovics, Széchenyi, Szelepesényi, Liptay etc. nunquam tantos, atque nunc indulseram, e suis Episcopatibus perceperint reditus, neque illa, quam Providentia nunc concesserat, usi sint temporum felicitate. Cancellaria Resolutionem Meam in merito Regulationis hujus editam, tam Episco-pis, quam et sede vacante, Capitulis tute intimandam disponet, ne quid interim a nostra aberretur Voluntate, Conceptum Expeditionis praevie Mihi exhibebit. In reliquo diligenter agat, ut projectum novae Seminario-rum Coordinationis juxta praestabilita Principia quo citius Mihi substernere, sic et elevationem Congruae Parochorum, et reliqua Resolutionis Meae, quam in hoc merito edidi, capita elaborare possit. Ex resultato ope-rationis hujus suapte patebit, quod nulla Episcopaliū Proventuum secutura sit Commassatio, id enim, quod Episcopi ad Fundum Religionis inferent, ad usus cuius-vis Dioecesis separatim impendetur ita, ut ex proventi-bus Ecclesiae unius, pro usibus alterius Ecclesiae nihil convertatur; et rebus praevia ratione elaboratis quivis Episcopus inviationem accipiet, quid ex obtingente quanto, et quorsum impendere teneatur. Completo Regu-lationis hujus opere et ducto calculo, sequetur ulterior Mea de beneficiis simplicibus Resolutio. Sed et illud manifestum est, quod sede vacante fiscus etiam Regius, prout actu fit Dioecesi Magno-Varadinensi, praescriptae Regulationi semet conformare teneatur. Reliqua serviant pro statu Notitiae.

FRANCISCUS m. p.

## XXXVII.

A kir. helytartótanács és kamara vegyes bizottsága által 1804. november 14-én tartott ülés jegyzőkönyve a szabályzott püspökségek által a vallásalapba fölös jövedelmek fejében beszolgáltatandó összegek s az ujonnan építendő templomok s paplakok költségeinek viselése iránt.

Protocollum Comissionis Eccleco - Politico - Caalis mixtae die 14-a 9-bris 1806 celebratae quoad superfluos proventus novissime regulatorum A. Eppatus Strigoniensis, Eppatus item Vaciensis, Weszprimiensis, et Jaurinensis a 1-a 9-bris 1804. Fundo Religionario inferendos, confectum.

Anno 1806. die 14. 9-bris celebrata est Commissio Eccleco Politica-Caalisch mixta.

Praeside Illmo D. Eppo Mitterpacher, Praesentibus ex parte politica etc. ex parte Caali etc.

18707. Qua occasione assumptum est Intimatum Exc. Camerae R. H. A. E. Consilio Reo Lttli Hgco in eo exaratum, quod cum superflui proventus novissime regulatorum A. Eppatus Strigoniensis, Eppatum item Vaciensis, Weszprimiensis et Jaurinensis in sensu Bgnarum Resolutionum Regiarum inde a 1-a 9-bris 1804 inchoando Fundo Religionario inferri debeant, sibi necessum videatur, ut hac in parte certae régulae pro basi ineundorum Computuum deservitutae, defigantur, quod ut tanto majori cum exactitudine, et perspicuitate fieri valeat, requirit, quatenus Exc. Consilium Little Reum pro uberiori objecti hujus pertractatione ad Commissionem mixtam accedere, et exmittendos e gremio sui DD. Consiliarios denominare velit. Porro

Eadem Camera R. H. A. penes antelatum Insinuatum suum communicat quadruplices Deductiones sub A. B. C. et D., vigore quarum et quidem ejus sub A. e proventibus A. Eppatus Strigoniensis in  $\frac{m}{250}$  fl. defixis, subtractis subtrahendis  $\frac{m}{75}$  flni fundo religionario quotannis inferendi venirent. Sed pro anno 1804/5 deductis deducendis nonnisi 2795 fl. 7 $\frac{1}{2}$  xr. fundo religionis inferendos mansisse.

Juxta deductionem autem sub B. e proventibus Eppatus Vaciensis in  $\frac{m}{60}$  flnis defixis, pariter deductis deducendis  $\frac{m}{14}$  flni fundo Relig. quidem inferendi essent, quia tamen ad rationem horum erga successive emanatas bgnas Resolutiones Reas in praeattacta Deductione provocatas, pro anno 1804/5 effective exoluti sunt 13017 flni, hinc eidem Fundo Relig. cum ultima 8-bris 1805 solummodo 923 flnos penes Caale solutorium Offum exolvendos restare.

Item juxta Deductionem sub C. e proventibus Eppatus Jaurinensis aequa in  $\frac{m}{60}$  flnis defixis, deductis oneribus, Fundo Relig. a 1-a 9-bris 1804 inferendi quidem essent  $\frac{m}{14}$  flni., Cum nihilominus ad rationem horum pro Anno 1804/5 effective soluti habentur 14885 fl. 45 $\frac{1}{2}$  xr, hinc evenire, quod fundus Relig. usque ult. 8-bris 1805 plus 885 fl. 45 $\frac{1}{2}$  xr perceperit.

Demum juxta Deductionem sub D. e proventibus Eppatus Weszprimiensis in  $\frac{m}{100}$  fl. defixis, supputatis eidem inhaerentibus oneribus, Fundo Relig. quidem  $\frac{m}{50}$  flnor. inferendi venirent, quia tamen ad rationem horum pro A. 1804/5 per Caale solutorium offum 17617 fl. 1 xr jam exoluti sunt, hinc cum ultima 8-bris 1805 nonnisi 32382 fl. 59 xr exolvendi restant.

Eadem Camera R. H. A. penes praemissorum communicationem una insinuat, quod in sequelam bgnae Resolutionis Reae sub 7-a Febr. 1805. communicatae, et Nro Lttli 5149., Caali vero 2430. insignitae, solutiones ad Cassam Parochorum, e praementoratis regulatis, Eppatibus Weszprimensi et Jaurinensi quotannis Fundo Relig. praestari solitas a 1-a 9-bris 1804 penes gremiale suum solutorium offum sistendas disposuerit.

Demum et illud Exc. Camera R. H. A. insinuat, quod tam gremiali suo solutorio Offo, quam et Praefectis Bonorum Vacantium A. Eppatus Strigoniensis, Eppatus item Vaciensis et Vesprimiensis injunxerit, ut quasvis solutiones, hactenus ad rationem seminariorum Cleri Junioris, et Deficientium fieri solitas, a 1-a 9-bris 1806. simpliciter sistant, ad quam classem etiam illi 800 flni referuntur, qui virtute bgnae Resolutionis Reae e proventibus Xmalibus Liberae Reaeque Cittis Szegediensis, A. Eppatum Strigoniensem respicientibus Csanadiensi Eppo fine augendi numeri Alumnor. suor. solvi debebant.

Super praemisso Caali Insinuato auditus Exactoratus Lttlis ope Relationis suae, sub Nro Lttli 22377. adjacentis, sequentem praestitit comite opinione sua Informationem, et quidem

Quod attinet mixtam Commissionem, ratione defiendarum praevie certar. regularum, pro Basi ineundo-

rum Computuum deserviturarum, celebrandam, hoc ab altiori Determinio dependere existimat.

Quod vero imputationes, in deductionibus Caalis Rationariae, sub A. B. C. et D. provocatis, denotatas concernit, cum hae penes benignas Resolutiones Reas in praedestinatos fines A. Eppatus Strigoniensis, et ab eo dismembratorum Eppatum Neosoliensis, Rosnaviensis, et Scepusiensis, nec non Eppatus Vaciensis, Jaurinensis, et Weszprimiensis factae, nullo dubio subiectae esse videantur, earundemque adjustatio immediate a ponendis rationibus respectivorum Percipientium pendeat.

Hinc capitulari G. Vicario A. Eppatus Strigoniensi Districtus Tyrnaviensis, Caplari item G. Vicario Vaciensi, Jaurinensi et Weszprimensi committendum esse censem, ut rationes Seminarii cleri Junioris et domus Deficientium, Eppus autem Neosoliensis, Rosnaviensis, et Caplaris G. Vicarius Scepusiensis solummodo Rationes Deficientium a 1-a 9-bris 1804 usque ultimam 8-bris 1805. exigendas, illico, a 1-a vero 9-bris 1805 usque ult. 8-bris 1806 ponendas, quo celerius in origine submittant, quibus plenus status personalis a 1-a 9-bris 1804. usque ult. 8-bris 1805. et respective 1806. subsistens, ea ratione efformandus adnectatur, ut in eo cunctae mutationes intra annum, causa mortis, aut exitus clericorum ad saeculum enatae, cum specificatione diei adnotatae, videantur.

Ex. Camerae vero R. H. A. penes remissionem Communicatorum in eo requirendam esse, ut specificum Erogationum, ad rationem superfluorum proventuum praenominatorum Archi et Eppatum in Fundum Relig. e congrua regulatorum Eppatum supernatantem, inferendorum, a 1-a 9bris 1805. usque ult. 8bris 1806. factarum Ex. Consilio communicare velit.

Porro dispositionem illam Ex. Camerae R. H. A. qua solutiones subsidiorum ad Cassam Parochorum e regulatis Eppatibus Weszprimensi, et Jaurinensi quotannis Fundo Relig. praestari solitas, a 1-a 9bris 1804. penes gremiale suum solutorium offum sistuntur, cum haec in bigna Resolutione Rea fundetur, pro statu notiae deservire.

Caeterum quoad qualiter dismembrandos, et per fundle solutorium Offum manipulandos superfluos proventus regulatorum Eppatum opinionem suam penes distinctam Relationem suam proxime depromptum iri refert idem Exactoratus.

Demum proponit referens Exactoratus, ut, cum vi bgni Decreti Aulici dd 13. Junii a. c. Nro 5148 ad Ex. Consilium R. Little emanati, superflui proventus regulatorum Archi, et Eppatum in terminis seme-

stralibus Fundo Relig. inferendi veniant, fundli solutorio offo penes communicationem sub A. adolutae, Exactoralis Deductionis committatur, ut enatam cum ultima Sbris 1805. remanentiam in 35215 fl. 21 xr. exactoriliter demonstratam, a Caali solutorio offo percipiat, et in ducendo distincto Diario fundi e congrua regulatorum Eppatum supernatantis, percepto inducat.

Aliam autem sub B. adnexam, aequa Exactoralem Deductionem eidem fundli solutorio offo eo subjuncto communicandam esse, ut in eadem denotatas, ex parte praenominatorum vacantium regulatorum Archi et Eppatum praestandas solutiones semestralibus in terminis a Caali solutorio offo levet, et in dicto distincto Diario ejusdem Fundi inducat. Porro  $\frac{14}{m}$  fl. ex parte regulati Eppatus Jaurinensis solvendos, a neonominato Eppo Jaurinensi Josepho Vilt in semestralibus terminis medio filialis Cassae Jaurinensis inferendos disponat.

Quod ipsum etiam Jaurinensi Eppo cum eo notificandum erit, ut titulo superfluorum proventuum regulati sui Eppatus a 1-a 9bris 1806. inchoando, semestralibus in ratis,  $\frac{14}{m}$  fl. Cassae filiali Jaurinensi inferre velit.

Ac tandem Ex. Cameram R. H. A. requirendam esse censem referens Exactoratus, ut a 1-a 9bris 1806. ex parte A. Eppatus Strigoniensis  $\frac{m}{75}$  fl., Eppatus Vaciensis  $\frac{m}{14}$  fl., Eppatus Weszprimensis  $\frac{m}{50}$  fl., semestralibus in ratis medio gremialis sui solutorii officii erga quietantiam dependendos, assignare velit.

#### V o t u m.

